Habitat in Insula Bourbon adpromontorium Sancti Bernardi circa vicum D. Dionysii, et alibi.^{1}), Floridam observavit atque descripsit Comm. mensibus Ianuario, Februario et Martio aetate 1771. V. §. communicatam a D. de Jussieu. Quoniam styli sint decent, nonnulli interdum deficiunt* Comm. loco supra citato.*

171. RUIZIA PALMATA. (Tab. XXXVII. fig. !•)

R. Foliis utrimque incanis, palmatis, incis., quinquepartitis: lobis acuminatis, sinuato-crenatis, medio productiore.

Konigia foliis utrimque incanis, palmatis, incis., *Comm* ms. cod. 1. pctg, 89. / igurat.*

Arbor humilis, sed diffusa.

Folia alterna, conferta in extremis ramis, petiolata, petiolis longiora, oblonga, palmato-incisa \ lobis quinque profundis > sinuato-crenatis. Stipule lineari-angustae, tomentosae, deciduae.

Flores in corymbis umbelliformibus, longe pedunculatis: pedunculis tomentosianatis.

Reliqua ut in congeneribus.

Habitat in Insula Bourbon prope vicum Sancti Dionysii sive appellatur vulgo Bois DE SENTEUR GALEUX, a Bois DE SENTEUR BLEU. F.S. communicatam a D. de Jussieu.

Obs. I. *Fructus, quos in speciminibus vidi > necdum profectam attigerant maturitatem; capsulas tamen vidi decem cum totidem styli usque recurvis > incurvis et recurvis.*

II. *Varietatem vidi, cuius folium magnitudinae naturali sistit linearis G. Tab. XXXV in qua lobi sunt angustiores et fissi quamproxime usque ad petiolum.*

171. RUIZIA LACINIATA. (Tab. XXXVII. fig. 1.)

R. Foliis usque ad petiolum laciniatis > laciniis septem angustissimis, linearibus, pinnatifidis, pinnulis decurrentibus.

Konigia foliis multiparticis > laciniis linearibus, subdivisis. *Commerc. ms. codicet i. pag. 16.*

Frutex pulcherrimus foliorum numero ac figura, ramosus.

Folia sparsa, alterna > numerosa, longe petiolata, petiolis longiora, in 5-7 laciniis usque ad petiolum partita in laciniis inferioribus brevioribus, media longissima^ omnibus acutis, linearibus, pinnatifidis} pinnulis decurrentibus. Stipulae capillares, villosae.

Reliqua deficiunt in exemplaribus.

Habitat in Insula Bourbon prope vicum Sancti Pauli §. V. S. communicatam a D. Thouin.

P A R S X.

ASSONIAM COMPLECTENS(a).

CHARACTER ESSENTIALIS ASSONIA

Calyx duplex persistens : exterior bracteiformis, monophyllus, apice tricretatus: interior monophyllus, profunde quinquepartitus, laciniis acutis.

Corolla : petala quinque, oblongo-falcata.

Stamina: filamenta viginti, corollâ breviora ^in urceolum basi coalica , quorum quinque sterilia, latiora, ceterisque breviora, inter tria fertiliaj anthers oblongiuscuLx.

Germen superum subrotundum, pubescens. Styli quinque, brevissimi, saepe persistentes: stigmata incrassata.

Fructus globosus intra calycem, lineis quinque notatus, cortice tectus, in quinque capsulas partibilis , triquetras , uniloculares, dispermas.

Semina glabra, nigricantia, subrotundo-triquetra.

Obs. Differt hoc genus ab omnibus columniferis defectu tiibi: a RUIZIA, staminibus quinque sterilibus : a DOMBEYA, stylis V. et calyce extenori monophyllo, persistente : a PENTAPETE, stylis V. seminib^s non alaris, &c. &c.

175. ASSONIA POPULNEA. (Tab. XLII. fig. 1.)

A. Foliis cordatis, ovato-acuminatis: floribus corymbosis.

Konigia foliis cordatis integris glaberrimis ^floribus penrastyliis. *Commers. ins. codice 2. p. 87. Figurat. Bois DE SENTEUR BLEU 011 .ALEUX , vernacule.*

Arbor est mediocris, cortice cinereo, vel cinereo-fuscescente, hibisci popiilnei facie: lignum eius perlibenter odoratum, et intimo corde coerulescens, quandoque et dum vetcrascit durissimum.

Folia alternacim sparsa, cordata, magna, inregerrima, quandoque oviter dentata, necnon undulata , utrimque glabra, apice acuminato prolongata, atque oblique dependentia. StipuLx...

Flores subcorymbosi, pedunculo communi, et dichotomo elevati, sccpius cum flore in unaquaque dichotomia longius pddicellato.

Corolla : petala quinque parva, oblonga, falcata, et hinc vel illuic oblique deiecta. Color floris recentissimi albus, veterascentis ad ferrugineum degener j mm maxime quum fructus maturos ambit unguibus saltern permauentibus.

Calyx persistens duplex: exterior ut supra in descriptione characteris generic! :

(a) In honorem D. IGNATHI DE ASSO Botanici Hispani, cui, prxtcr alia opera, et Floram Aragonia: dcl)raus, cc Introductione i i w n tria regna nacui*.

interior monophyllus, semiquinquefidus, laciniis lanceolate, acucis, patentissimis, deorsum deinde reflexis, sursum tandem inflexis, ac fructum arete ambientibus.

Germen subrotundum, aliquantisper depressum, pubescens. An multicapsulare sit, non satis constabat licet vensimile. Styli brevissimi numero quinque: sic observavi iterum atque iterum.

Rdiqudut supra, loco citato.

Habitat in InsuU Bourbon sylvis montosis Divi PauUpago imminentibus. Floret men&e Maio. }}. f. S. communicatam a DD. dc Jussieu et Thouin.

Obs. Hac omnia ad verbum transcripsi ex Commersonii codicc 1, illis exceptis quA itahco characure fcrpta sum. Verumtamen laudati auctoris descriptio duo conduct qua castiganda duxi, qu&que ipsc procul dubio correxisset, si plantam iterum observuvcrit^ atqut uLtimam manum ti visa vucionibus et optri apponere potuent. i^Q. Calycem dixit simplicem, qui duplex cent est₃ quamquam exterior adiO minimus₃ ut non nisi attenteflores etfructus examinando conspiciatur. 20, Nihil dixit de staminibus quinque sterilibus₃ atque omnium numerum sic exposuit \ 5-20-15. Ego vtro viginti dumtaxat idque constanter reperi, quorum quinque sterilia^ latiora^ et paulo breviora.

*Ne vero dicatur aliam ipsum, aliam me plantam descripsisse, consulatur figura quam ille dedit accuratam, quaque asservatur apud D. de Jussieu : consulantur etiam specimina, iuxta qua reperietur Commersonii manu con*cr\ptum : KONIGIA PENTAGYNA FOLIIS CORDATIS, &c. ut supra innuu¹ Qua omnia si cum mea descriptioneac tabulacomparcentur> planta idemtitas reperUtur.*

P A R S X L

DOMBEYAM C'OMPLECTENS(tf).

CHARACTER GENERICUS DOMBEY^

Calyx duplex: exterior triphyllus deciduus (figura v¹ariat); foliolis non in orbem, sed ad alteram partem positis. Interior monophyllus, profuude quinquepar* titus, laciniis acutis, reflexis, persistentibus.

Corolla : petala quinque patentia, subrotunda, basi angustiora, staminum urceolo afixa, persistentia sxpissime.

Stamina : filamenta 20 corollā breviora j quorum quubque sterilia, longipra,

(4) Ia honorem D. IOSSBHI DOMSSY, Galli ChiUnsis atque Peruviani impejii peregrinatoris.

- latiora } inter quorum singula, tria fertilia. Omnia basi coalita in urceoluto
germeo cingentibus. Antherae oblongae, subsagittatae, erectae.
Germen globosum, quinquesulcatum, comencosum. Stylus simplex, stami-
nibus longior persistens. Stigmata quinque recurva.
Fructus globosus aut rufinatus, quinquesulcatus, lana rectus sarpiissime : cap-
sulæ quinque in orbem coalitæ, separabiles, bivalves, uniloculares, mono
aut poly sperms. Semina fere semper oblonga.
Dombeya differt ab omnibus columniferis defectu tubi : a Ruizia, staminibus
quinque sterilibus : ab Assonia, calyce exteriori triphylo deciduo : a Penta-
pete, stigmatibus quinque, calyce duplici, ac seminibus non alatis.
Obs. I. DOMBEYA PUNCTATA est dioua. D. DECANTHERA staminibus gaudet
tantummodo decem, quorum quinque sterilia sunt, reliquorum quodlibet anthe-
ras duas sustinet. D. O-VATA ? *ERKUGINICA, et ANGULATA, stylo ornantur
brevissimo et stigmatibus Longis, adeo ut pentagynæ* prime obtutu videantur.
II. Omnes species, PHOENICEA excepta, sunt arbores mcdloeres pulcherrimæ ; ex
carum cortice funes parantur.

Nescio qua de causa Commersonius, alioquin acutissimus atque de Botanica be-
ne meritus, ad STEWARTS genus plantas omnes amandaverit, quas nunc ego
DOMBEYJE nomine reipublice litterarum communico. Nihil enim est illis
cum STEWARTIA commune \ et, quamquam PENTAPETI affines, ab ipsoreced-
dunt et calyce exteriori, ut dixi, stigmatibus quinque, atque seminibus non
alatis.

Essemia generis D. in calyce exteriori triphylo deciduo consistit atque in stami-
nibus quinque sterilibus, alternantibus cum aliis brevioribus fertilibus.

S P E C I E S .

* Calycis exterioris foliola fata,

174. DOMBEYA PALMATA. (Tab. XXXVIII. fig. 1.)

D. Foliis cordatis palmatis, subglabris, digitationibus septem acutis, serrate*
crenatis, floribus corymbosis.

Stewartia foliis palmatis. Cq/nmers. kerb. Figurat.

Caulis arduus ramosus,

Folia alterna, longe petiolata, petiolis longiora, cordata, palmato-septeman-
gulata, septemnervia, lobis oblongis, acuminatis, serratis, aut crenatis j
(glabra apparebant in sicco.) Stipulae lanceolato-acutae, tomentosae, deciduae.

Flores: pedunculi solitarii, axillares, in summitate ramorum petiolo longiores :
supra ramosi, subcorymbosi. Flos quilibet pedunculatus, pedunculis, ramis,
petiolis atque calycibus tomentosus, tomento saepe rufescente.

Calyx exterior ex tribus foliolis cordatis, subrotundis, concavis, deciduis; me-
dia maiore, sessili, lateralibus minoribus petiolatis; interior multo longior,
laciniis acutis, reflexis.

[5* j .
Corolla sesquipollicaris, initio albicans, dehinc sulphurea, tandem ferruginea, quum scilicet fructum comitatur et ambit: *idemque dicendum de sequentibus speciebus.*

Stamina :*filamenta 10. corollā breviora : quinque sterilia, erecta, longiora. Anthers subsagittatx, erects, plusquam unius lineę longitudinis.

Germen globosum, tomentosum, urceolo staminifero laxo circumdatum. Sty'us basi villosus, supra purpureus, staminibus longior; stigmatibus quinque revolutis, persistentibus.

Fructus subovatus, quinqueangulatus, angulis obtusis, lanatus. Capsule monospermae.

*Habitat in Insula Bourbon *c pr&cipue in itinere inter vicus Sancti Dionysii et Sancti Pauli. L). Vidi siccam, communicauim a D. de Jussieu. Floret mensibus Maio, Iunio*

MAHOT-TAN-TAN vulgo apud incoths appetlatur, tx co scilicet quod elus folia similia sint illis RICCINI PALMA CHRISTI, qua planta TANTAN ibi nominatur.

Obs. *Specimina plurima vidi* quorum folia sunt subpalmata, quinqueangulata, angulis tamen non Uaprofundis ac in D. PALMATA. Afa/w ad hanc revocanda sint tamquam varietas, num ad sequentem, aut ex ipsis nova species constitutnda sit? h&reo, dicent Botanici qid plant as Vivas in posurum examinabunu*

175- DOMBEYA ACUTANGULA. (Tab. XXXVIII. fig- *•) a

D. Foliis cordatis, subrotundo-tricuspidatis, crenatis, initio tomentosifloribus racemosis.

Caulis arboreus.

Folia alterna, petiolata, magna, petiolis subaequalia, cordata, subrotundo-tricuspidata cuspiditius acutis, crenata, sspe eciam angulo aut dente prominente inter basim et cuspides laterales, septemnervia % tenera tomentoso-ferruginea, veterascentia fere glabra. Stipulx lanceolatx, decidux.

Flores racemosi, racemis solitariis, erectis, axillaribus, petiolo longioribus: flos quilibet longe pedunculatus, pedunculis, peifclis, ramis teneribus, ac calycibus valde tomentosus.

Galyces et c#rolla ut in praecedenti: hsc tamen minor, pollicaris, et venosa, ac veluti coriacea, quod congeneribus plus minusve convenit.

Fructus piriformis, tomentosus. Capsuls monospennac.

Rehqua ut in pracednti.

Habitat in Insula Bourbon. ^V.S. communicatam a D. de Jussieu.

Baud reperi codicem Commers. ubi h&c species > et alU plures sunt dtscripu; quod et dokndum est certe^ et lector flus notion volo.

176. DOMBEYA ANGULATA, (Tab. XXXIX. fig. J.)

D. Foliis cordatis, subrotundis, supra angulatis, serrato-dentatis, tomentosis : umbellis numerosis: pedunculis communibus petiolo brevioribus.

Stewartia foliis cordato-angulatis. Commers. herb. Figurat.

Caulis arboreus, ramis tomentosus

Folia cordata, subrotunda, apice tribus angulis, propeJ»siin quandoque utrim-

que aitero notata, tomentosa, septemnervia, serrato-denticulata, quinque
 pollicum ferediamecri. Stipulae latae, oblongae, acuminate, amplexicaules,
 deciduae.

Flores umbellati, umbellis solitariis, numerosis, axillaribus. Pedunculus com-
 munitatis pollicaris, crassus, lignosus: radii subdecem vix trium linearum, to-
 mentosi.

Calyx exterior.... interior tomentosus, profunde quinquepartitus, laciniis
 parvis, fructum continentibus.

Stylus parvus: stigmata quinque, longiora, villosa, permanentia.

Fructus globosus intra calycem. Capsula: quinque, uniloculares, bivalves, di-
 speimix, tomentosa.

Semina subovata, subtus acuta.

Habitat in Jamaica Bourbon. £) S. opuntia D. Thou in exemplar unicum.

*Nota. In hoc unico exemplar, quo in exactis hinc sistit tabula et figura supra dicta
 exceptis folds, quorum inferiora sunt duplo triplo maiora, conservantur
 plures umbellae fructibus onusta, et in plurimis fructibus petalorum panes fer-
 rugineae. Quod sit species Dombeya nullus dubito: an vero sit eadem quam
 Commersonius delineatam dedit nomine STEWARTIA ANGULATA? affirmare
 non audeo. Folia enim quamquam magnitudine et figura sint omnino eadem,
 Inflorescentia tamen diversa est. In hac mea ut dixi, flores sunt umbellati um-
 bellis numerosis axillaribus solitariis, radiis decem in pedunculo pollicari: in
 illa vero Commersonii flores sunt corymboso-ramosi corymbis longioribus pedun-
 culatis. Stylus quoque longus: calyx interior reflexus: ac fructus lanatus. Si
 ergo haec omnia, ut videtur, speciem diversam constituunt, rectius ad D. ACUT-
 ANGULAM revocabitur Commersonii STEWARTIA ANGULATA, cum qua om-
 nino convenit, foliorum angulis exceptis qui acutiores sunt in ACUTANGULA,
 nec folia ita subrotunda.*

177. DOMBEYA TILIIFOLIA. (Tab. XXXIX. fig. 1.)

D. Folia cordatis, subrotundo-acutis, crenatis, floribus racemoso-corymbosis.

Caulis arboreus, ramis teneris, valde tomentosus, quemadmodum et pedun-
 culi, calyces ac petioli.

Folia alterna, numerosa, petiolata, petiolis subaequalia, cordata, subrotundo-
 acuta (magnitudine et figura tiliis europaeis, crenata: tenera tomentosa; ve-
 terascentia subglabra, septemnervia. Stipulae sublanceolatae, basi latae, apice
 acutissima!, villosae.

Flores pedunculati, pedunculis axillaribus, solitariis, erectis, petiolo longioribus,
 apice in duos racemos oppositos horizontales partiti, in quibus flores plures
 breviter pedunculati.

Calyx exterior ex tribus foliolis; media reniformi, sessili, latioribus lateralibus
 ovatis breviter, petiolatis interior reflexus.

Corolla pollicaris, petalis subrotundis, unguibus angustatis.

Reliqua ut in DOMBETA ACUTANGULA.

Habitat cum praecedentibus V. S. communicatam a D. de Jussieu.

Nota. Quum haec species conveniat omnino cum D. ACUTANGULA quoad inflor-

rescentiam atque habitum, nolui figuras multiplicare, taque delineavi dum.
taxat quae diversa sunt: reliqua ex descriptione fieri*

J78. DOMBEYA TOMENTOSA. (Tab. XXXIX. fig. ?.)

D. Foliis cordatis, subrotundis, crenatis, tomentosis > venosis, venis fere circularibus, floribus umbellatis.

Caulis arboreus, ramosus, ramis ut et tota arbore valde tomentosis.

Folia alterna, longe petiolata, petiolis subaequalia, cordata, subrotundo-acuta, venosa, venis arcuatis, arcibus quasi ex petioli tamquam centro descriptis, septemnervia, valde tomentosa, crenata. Stipulae connatae, lato-ovatae, acuminatae, ciliatae, semiamplexicaules.

Flores umbellati: pedunculus communis longissimus, axillaris, solitarius in summitate ramorum: apice bifurcatus, duabus umbellis terminatus, pedicellis sub 10 pollicares: ex bifurcatione pedunculi ulteriores longior, uniflori.

Calyx exterior triphyllus: foliolo medio cordato, subrotundo-acuto, sessili, venoso: lateralibus subovatis, in petiolum desinentibus: interior paulo maior, laciniis reflexis.

Corollae petala subrotundo-falcata, unguibus angustata.

Reliqua ut in congeneribus: at antherae breves.

Fructus deest in exemplaribus. *

Habitat in Madagascar. I). Observata a Commersono. V. S. apud DD. de Jussieu et Thouin, quorum quisque exemplar unicum conservauit.

** CALYCIS EXTERIORIS FOLIOLA ANGUSTISSIMA.

I79. DOMBEYA PUNCTATA. (Tab. XL. fig. **)

D. Foliis ovato-lanceolatis, longis, integerrimis, subtus tomentosis, desuper punctato-scabris.

Stewartia arborea, foliis integerrimis, ovato-lanceolatis, desuper punctato-scabris, subtus tomentosis. *Lommers. ms. codice i. pag. 96. Figurauit*

Arbor ad tibiae fere purpureae crassitiam perveniens, cortice e bruno nigricante vestita. Rami alterni, annuati, tomentosi, eorumque cymis, uti et foliorum florumque pedunculis, rufa quasi ferrugine dispersi.

Folia ovato-oblonga, tres quatuorve pollices longa, latitudine circiter sesquipollicaria, marginibus subintegerrima (*in nonnullis quasi crenulas aut sinuositates per arum projunias* video, et non nisi leviter repanda: basi rotundata, apice obtuse aut acute terminata: in pagina superiori punctato-scabra, duae puncta sunt pili breves, stellatimque radiati, depressi, exalbidi; subtus tomentosa, venis subferrugineis: petioli folii quintuplo vel sextuplo breviores. *Stipulae anguste lanceolatae, acutissimae, longae, tomentosa, deciduae.*

flores pedunculo communi, longo, axillari, elevati, umbellatim compacti, albi (*in toto integerrimi; florum enim veterascens ferruginei sunt*): unguibus et staminibus purpurascens semipollicis diametro vix maiores. Scilicet a summitate pedunculi communis oriuntur pedicelli plurimi partiales 20-jos, semipollicares: singuli singulo flore terminati, collective umbellam squalem et globosam efformantes.

Perianthium certe duplex; exterius scilicet subtriphyllo, foliolis subulatis,

sed adeo caducis, ut etiā, antequam flos aperiatur, iam defluerint. (*Idem ceteris specubtis eve/lit.*) Inttarius monophyllum profunde quinquepartitum, laciniis anguste et acute lanceolatis, patulissimis, imo et reflexis: mirumque extreme tomentosum.

Corolla, si fnohopetala, ad basim usque quinquepartita, petalis patentissimis, subovatis, non tantum hinc disiectis, sed etiam obliquatim emarginatis.

Stamina: filamenta basi in coronam coacta, apice libera numero XV, quorum quinque longiora, sed antheris castrata, et apice dumtaxat complantata. (*Errat hic iuspicio quoniam XX sunt stamina; loco enim verbi QUORUM fortasse ADHUC substitutendum, ut dicta cum natura consentiant.*) Reliqua antherifera lloze dimidio breviora: *antheris obtong'wstula*, parva.

Germen subrotundum, tomentosum, vel si mavis subglobosum, ex cuius autem umbilico scyli nulli exerebatur. An abortum patitur? *Ego arborem dioicam erectam, cuius maritima dumtaxat videtur Cl. a actor, qui, ni morte praecipue occupatus fuerit, et funem repisset, et nonnulla castigasset, qui calamo currents ipsi exciderunt.*

Ex horum (*stylorum*) defectu secundum faciem proprium genus coniectabamus. Fructificationis reliqua etiam desiderabantur.

Habitat in Insula Bourbon, quae in taffromm planitiem versus flumens nomen descenditur. Florebat ultimo Maio 1771. *) ^ \$ communkaum a D. de Jussieu.

In *Botanicorum gratiam articulum integrum adverbium transcripsi ex Commers. manuscripts; ut appareat quanta claritate quantaque diligentia id fecerit. Qua vero characribus italicis immixta sunt, addidi et ego clarkatis gratia.*

180. DOMBEYA DECANTHERA (Tab. XL, fig. 2.)

D. Foliis ovatis, acumine terminatis, repando-crenatis, glabris: staminibus quinque diantheris, horibus parvis, umbellatis.

Caulis arborescens, corcice fusco, sulcato, vesticus.

Folia alterna, sparsa, petiolata, petiolis quadruplo longiora, ovata, acumine acuto terminata, lato-crenata, vel repanda, glaberrima: subovata, oblonga, decidua.

Flores umbellatae, pedunculis communibus axillaribus, solitariis in summitate ramorum, folio brevioribus: radii 15-10 duarum aut trium linearum.

Calyx exterior ex tribus setulis minimis, lateralibus: interioris laciniis acutae. Uterque glaber.

Corolla parva, vix trium lineamm diametri, figura et colore congenerum.

Stamina: filamenta decem basi in urceolum coalita, corolla breviora: quorum quinque sterilia, latiora, longiora, fertilia quinque alternantia duplo breviora: antheras duas sustinentia, quarum altera superior breviter spirata, inferior subsessilis: anthera; subsagittata, breves.

Germen ovicoides-penugo^{o11Lim} minimum. Stylus simplex brevis, apice bi-trifidus. Stigmata rubra, revoluta.

Fructus { maruritate H* Jjedurri atgerat) parvus, pentagonus: sectusque cellulas quinque sistebat monospermas, quas capsulas esse reputat

Habitat in Madagascar. *) Observata a D. Commerson. V. S. communkatam a DD. de Jussieu et Thouin-

Observ. *HAC specks differt a congenenhus stigmatum ac staminum fertdium numao ; essntta tamen inugra manet, quippe qua in staminibus quinque sterilibus longioribus atque calycc cxuriori triphyllo consistit**

181. DOMBEYA UMBELLATA. (Tab. XLI. fig, I.)

D. Foliis cordatis, ovato - oblongis > acuminatis > repandis > glabris: floribus umbellatis globosis.

Arbor omnino glabra , corcice fusco vestica.

Folia peciolata , periolis longiora, cordata, ovato-acuminata, glabra, repanda, vel obsolace ec lato-crenata. Scipulx breves, sublineares , decidua?.

Flores utnbellati \ pedunculi communes solicarii, axillares, in summitate ramorum rubescences y glaberrimi, folio breviores; umbella unica terminati globosa : radii nmmorost AW ^V» vjuaiu pioxime pollicares.

Calycis exterioris foliolaparva^anceolata^lateraliannccerioris lacinice angusce lanceolate, reflexac.

Corolla maior quam in pracedenti, patens, petalis subrotundo-falcatis : inirio albicancibus, fructu maturo saturate ferrugineis , persistentibus.

Frucus globosus, quinqsulcatus, tomentosus :capsuls quinque ,monosper«sis , bivalves.

Reliqua ut in congeneribus.

habitat in Insula BourbonJ.). In Figtra folia sunt breviora magnituiim natural!* V. S. communicatam a D. dt Jussieu.*

Ex huius corticc parantur funes.

182. DOMBEYA OVATA. (Tab. XLI.fi^2.)

D . Foliis ovatis, dentatis , quinquenerviis, tomentosis : stylo minimo.

Caulis frutescens, vel arborescens , ramosus, tomento ferrugineo tectus.

Folia alterna, ovato-acuta, dentata, subtus alba , tomentosa, desuper scabra > petiolis dupla. Scipuk capillares, erects, tomentoss, deciduae.

Flores in pedunculis axillaribus, solitariis, folio brevioribus, erectis, in summitate rainorum. Pedunculi supra bifureati, bifurcationibus cofymbosis: flos quilibet pedunculatus.

Calycis exterioris foliolaanguste lanceolata, tomentosa: interiorislacinixacutx, nee reflexx.

Corolla calyce paulo maior patens: petala angusta, apice subrotunda nee falcata, integerrima, colore prxcedentis : eorum unguis cum fructu remanentibus, saturate ferrugineis.

Stamina ut in congeneribus, corolla breviora; quinque sterilia parum reliquis longiora.

Germen minimum, villosum. Stylus simplex, attamen ita minimus ut nudis oculis videri nequeat, nisi fructu maturo. Stigmata quinque crassiuscula , erecta, rubra, stylo longiora, quamquam alioquin minima.

Fructus globoso-pentagonus intra calycis lacinias. Capsulae quinque , subtomentosx, uniloculares, bivalves, monospermx. S^paina ovato-acuminata > msra

Habitat in Insula Bourbon. J). F.S* communicatam a D. dt Jussieu.*

Obs. *Hdc quoque species ac subsequent differunt a congmeribus stylo brevissimo, qui tamtn manifeste patct fructu mature*

18 J. DOMBEYA FERRUGINEA. (Tab. XLII. fig. 2.)

D. Foliis ovato-oblongis septemnerviis, subtus ferrugineis, petiolis, pedunculis, calycibusque tomentosus.

Scewartia Malacodendron ? foliis subterioribus, peciolis, pedunculis calycibusque tomentosus. *Commrs. mss. codice 4. p. 107.*

Caulis arborescens* ab octo ad decem pedes alms in loco natali (hie in Europa vix quatuor prtergreditur), ramis pnesertim iunioribus, tomento rufo vestitis.

Folia in extremis ramis alternatim sparsa, ovato-acuminata, dentato-serrulata^ subtus tomentosa, tomento rufescente; in iunioribus albicante, supra viridia, glabra.

Nervi septem; intermedius utrimque ramosus; qui ad basim reperiuntur simplicissimi, breves, marginales: quatuor reliqui a latere exteriori ramosi. Stipule subulate, tomentosse, cito decedentes.

riores in pedunculis axillaribus, solitariis, petiolo duplo longioribus, subrectis, in summo dichotomis, corymbatim multifloris.

Calyces et corolla utin proecedenti: huius color xerampelinus.

Stamina ut in pnedenti: antherx oblongiuscula:

Germen subrotundum, hirsutiusculum, colore rubellum: stylus simplex, minimus j in quinque fila partitus staminibus breviora: stigmata simplicia.

Prucus tomentosus, subrotundo-pentaeonus: capsulx quinque, uniloculares, loculis monospermis. bemina oblongiuscula, a parte contactus cannata, illinc convexa.

Habitat in summo cacumine montis Trimamis insuU MauritianZyobservata cum fioribus abeuntibus j senioribus et scminibus maturis a Dm Comm. Maio 1769.

V. S. cumfructibus et fioribus apud D. de Jussieu: vivam vero in R. H. P. ubi necdum fioruii

Observ. I. *Eritne pracedentis varietas? Folia suntcerte diversa, hie septemnervia tt valde dencata, illic qarujucnervia dumtaxat denubusque disiaribus: FERRUGINEA folia habet acuminc urminata, basi multo latiora; OVATA vero folia habet ovata.*

II. *Quamquam Comrnersonius j ex cuius man us crip tis qu&dam transcripsi, nihil dicat de calyce exteriori, hie nihilominus vert existit: qui tamen quum citissime decidat in hoc genere antefioris scilicet expansionem, mirandum non est si Cl. auctor non invenerit nisi calycem interiorem profundissime quinquepartitum > quum fiores dumtaxat viderit abeuntes, a serlores > ac proinde expansos.*

III. *Neque stamina quinque sterilia huic speciei inesse assendt Commersonius, qu& ego in siccis cxemplaribus certissime vidi: in eundem etiam errorem incidit quum Assoniam descripsit, de qua supra diximus.*

IV. *Quum stylos quinque huic plant A concedit auctor, humani quidquam est patus: stylus enim qiamquam minimusj simplex est, stigmatibus quinque persistentibus terminatus.*

Dum vero tanti homints et labores u scUntiam libetnissime atque grato cnimo pradico

pridco, nemo mihi in vltliim vertat> si in Botanic A profectum castigatas atque ornatas nunc primum prodo plant'as pulcherrimas quas ipsi debemus, quarum dtscriptioni et ipse ukimam manum imposuisset > si pr&matura morte in Bota nics, detrimentum non excidisset.*

V. *Specimen siccutn vidi apud D. de Lamarck fucubus onus turn, quodque provcn'u excinere D. Sonnet at >quod ad hmnc speciem rcvoco tanquam varietatem.*

184. DOMBEYA PHCENICEA. (Tab. XLIII; fig. 1.)

D. Foliis subhastatis, longissimis, angustis, crenato-serratis: floribus saturate purpureis, cernuis.

Pentapetes Phamicea foliis hastato-lanceolatis serratis. *Æji. Sp, pi. ad genus Pentap.n. 1.*

Alcea Iamaicensis fruticosa, floribus purpureis, oblongo crenato folio, acuminato, molli, et incano? *Pluk. Almag. 16. Phyu T: 15 5./ 3.*

Pentapetes Phcenicea. *Miller Must. sist> sexualis Monad. dodecanJ. fig, optima.*

Pentapetes Phcenicea? *Chr. lac. Trew. t. V. prim A decadispag. 7. et 8.*

Flos impius? *Rumph. Ambo'u lib. 8, cap. 71, p. *88, tab. 100 >fig. 1.*

filattaria Zeylanica flore amplo coccineo. *Comme L hort. l.p. u.t. 6.**

Caulis erectus, teres, pilis minimis raris ornatus, apud me sesquipedalis.

Folia alterna petiolis mukoties longiora, subhastata, angusta, longissima, acuminata, superiora serrata, inferiora crenata. Stipule lanceolat^{^^} erects, decidux.

Flores axillares solitarii, rarius bini, pedunculari, pedunculis petiolo brevioribus, inicio erectis, flore expanso cernuis, fructiferis iterum erectis.

Calyx duplex: exterior eff tribus foliolis lanceolatis rubescentibus, post floris expansionem deciduis: interior profunde quinquepartitus, laciniis ovato-acuminatis > acumine peracuto, *sxpe* reflexo: uterque tomentosus.

Corolla coccinea, campanulato-patens: petalis quinque subrotundis, unguibus angustis, urceolo staminum pentagono affixis.

Stamina: filamenta 10. horu[^] quinque sterilia, cocciixea, linguseformia, longitudine fere corolla:: fertil* minima: antherar lutex, subsagitcax, erects.

Germen globosum: stylus simplex, persistens, longitudine fere corollce, apice quinqueparticus: stigmatibus *sxpe* saepius in clavam coalitis, aliquando re[^] volutis.

Fructus intra calycem. Capsula globoso-oyata, subtomentosa, quinquelocularis, quinquevalvis: in singulis ioculis semina octo, duabus lineis curvis quadridenratis affixa: ad valvularum suturam plumula interne reperitur semina subglobosa tegens, estque albicans, sublanceolata, arcuata, utrimque barbata.

Habitat in Manilla et passim in India Orientali. Habuiflorentem mense Augtsto nuncque vivam. Colitur in R. H> P. ^C.

Gbs. *Filamenta frtilia quondoque a numero 1 \$ recedunt. Corolla cum urceolo et staminibus decidit tertia die.*

Consulatur pra/atiao, ubi explicatur pncipuum munu\$ ae utility staminum \$ur\ Hum; ibique reperientur momenta, quibus Mductus a Linnai sententia discesserim, quibusque auctoris encyclopzdici dictis satisfeci.

P A R S X I I .

PENTAPETEM COMPLECTENS.

CHARACTER GENERICUS PENTAPETIS,

*Secundum Amman**

*Secundum Linn, nov.gen. plant. 1749**

Calyx simplex, monophyllus, crassus, quinquepartitus, lacintis oblongis, reflexis, intus glabris, extus fulva lanugine obsitis.

Corolla : petala quinque, longa, acuta.

Stamina: filamenta plura, corolla fere longicadinis. Anthers.

Germen ovatum > pedicellatum, pediculo longitudine staminum, nonnihil incurvo.

Fructus oblongus, lignosus, utrimque angustatus, in medio tumidus, quinquelocularis, loculamentis bivalvibus, polyspermis.

Semina plura, oblonga, compressa, alata (a).

Cal. quinquepartitus: foliolis coriaceis, oblongis, reflexis, interne lanacis.

Cor. petala quinque lanceolata, patentia, longitudine calycis.

Stamina : filamenta quindecim linear^a, basi connata in tubum. Anthers subulate?, erects.

Filamenta quinqu^e filiformia, inflexa, eodem tubo innata, sterilia, antheris longiora, inter singula tria stamina, singula.

Germen subrotundum. Stylus cylindraceus longitudine staminum. Stigma crassiusculum.

Capsula lignosa, clavato-ovata, quinquelocularis, loculamentis bivalvibus.

Sem. plura oblonga compressa, ala membranacea (a).

iS5« PENTAPETES SUBERIFOLIA* (Tab. XLUI. fig. 1.)

P. Foliis oblongis, repandis, apice sinnatis, acuminatis, subtus incanis.

Pterosperipadendron suberis folio anguilloso, s^atus incano : floribus albis.

loan. Amman, in Comm. Acad^e Imper. Petropoliu r. 8. pag. 115. tt seqq. tab. 1 {.

Arbor Champace suberis folio, fructu ligneo, seminibus alatis referto. Mus* Petiv. n^o. 549. apud Am. loco citato.

Pentapetes suberifolia foliis ovatis, repandis. Linn. n^o. 1.

Caulis arboreus, ramis rectis, cortice fusco obductis.

Folia nullo ordine (i« sicco video alterna Cav.) disposita, breviter petiolata, oblonga, tripollicaria, versus apicem angulosa, crassa, superne viridia, inferne incana, nervo unico longitudinali hac pagina protuberante. Stipule, (nee vestigia vidi Cav.)

(a) Si laudati auctores eiusdem plantae characteres dederunt (ut ego quidem arbitror), fatendum est Ammanium incorrectos dedisse, si Linnæus in sicco perfectius plantam observavit, qui nunquam debuisset ad hoc genus reducere illam, quam P. Phoeniceam nominavit relictasse fructu, stigmatibus atque calyce duplici.

Flores in ramulorum summitatibus axillares, solitarii, bini aut terni.
Calyx monophyllus, crassus, laciniis revolutis, intus glabris, extus fulva lanugine obsitis.

Corolla : petala quinque alba, pollicaria, longa, acuta.

Reliqua ut supra in descriptione characteris generici.

Habitat in India. *). *V. exemplar Jiccum floribus ac fructibus orbatum. Communication a D. de Lamarck, ex collectis a D. Sonnerau*

187f. PENTAPETES ACERIFOLIA. (Tab. XLIV.)

P. Foliis cordatis repandis. *Linn. n^o. j.*

Pterospermadendron foliis auritis, flore, fructuque mziōn. loan. Am. loco citato, r. 16 et 17.

Caulis arboreus.

Folia alba, breviter peciolata, cordata, lobis inferioribus subrotundis, obtuse sinuata, apice subrotunda, semipedalia, longitudine laciniis haud multo superant. Nervus longitudinalis protuberans ramosus, ex cuius basi et apice petioli crescunt nervi ramosi (*hac desumpta sunt ex figura.*)

Reliqua ut in precedenti, at multo maiora ut ex figuris patet.

Habitat in India. J) « Nullibi vidi nisi depictam.

PARS XIII. DE MALVAVISCO.

CHARACTER GENERICUS MALVAVISCI.

Calyx persistens, duplex : exterior 8-phyllus foliolis linearibus basi coalitis : interior monophyllus, tubulosus, io-striatus, apice quinque-dentatus.

Corolla; petala quinque basi auriculata, in tubum convoluta.

Tubus longissimus, contortus, germen cingens, tubulosus, versus apicem filamenta numerosa sustinens : antherae reniformes.

Germen sphaericum : stylus simplex, longus, apice decemfidus : stigmata globosa.

Fructus drupa sphaerica, glabra, quinquelocularis, loculis monospermis.

Semina subreniformitriquetra.

Obs. *Differt a PAVONIA paalis basi auriculata, tubo contorto, ac fructu drupaceo ; ab HIBISCO stigmatibus, tubo contorto et fructu.*

187. MALVAVISCUS ARBOREUS. *Dillen.* (Tab. XLVIII. fig- >•)

M. Caule arboreo, foliis confitis, crenatis, acuminatis, tomentosus.

M. arborescens flore miniato clauso DW. EUH. 210. r. 17^o - / « 1^o S -

Tij

Hibiscus foliis cordatis, crenatis, angulis pateratis; us extimis parâs; caule arborej. *L. sp. pl. ad genus Hib. n. o. Hart C. f. m. 349.*

Hibiscus frutescens foliis angulatis, cordatis, acuminatis; petalis ab uno latere auritis. *Brow. lam. 254.*

Alcea indica arborea], folio molli, flore amplo eleganter *coccineo*. *Pluk. Aim. 14. tab. t. 7. f. 1-*

Caulis arboreus decempedalis et amplius, ramosus.

Folia petiolata, cordata, crenata, tomentosa, subtriloba, lobo medio productiore, acutiuscato. Stipule setacea; parvas, marcescentes.

Flores axillares, solitani, pedunculati, pedunculis villosis, petiolo brevioribus.

Calyces ut supra.

Corolla saturate coccinea.

Tubus coccineus. contorcus in spiram, erectus, longissimus.

Stigmata hispida, nigricantia.

Habitat in Mexico. J. W. in R. H. P. Floret mensibus Sept. Oct.

P A R S X I V .

PAVONIAM COMPLECTENS(fl).

CHARACTER GENERICUS PAVONINE.

Calyx duplex: exterior polyphyllis j interior monophyllus semiquinquepartitus; persistentes.

Corolla: perala quinque patentia, subrotunda, unguibus angustata, atque tubi staminiferi basi affixa.

Tubus germen cingens, in columnam assurgens, stylum vaginans atque stamina sustinens apice, et in superficie.

Stamina: filamenta plura, brevia, tubo affixa: antheræ reniformes.

Germen globosum, sulcatum. Stylus simplex: stigmata 8-10.

Fructus intra calyces ex quinque capsulis compositus, in orbem positus, articulatum dehiscentibus; unilocularibus, bivalvibus, monospermis.

Semina basi acuta, oblongiuscula.

Obs. PAVONIA omnes sunt exotica, et fere omnes fruticosa. Delectantur in regionibus calidioribus utriusque In: iU. Usus hucusque incognitus. Flores pulcherrimi lutescentes aut coccinei, semel dumtaxat explicantur ac decidunt.

{a) In honorem D. IOSEPHI PAVON Hispani, qui unacum DD, DOMBEY et Ruiz in Chiense et Peruvianum peregrinavit, quique ad huc peregrinatur.

* CAPSULIE SPINOSIE.

188. PAVOKIA SPINITEX. (Tab. XLV. fig. i.)

P. Caule arborescente : foliis ovato-lanceolatis inaequaliter dentatis : tubo et scigmatibus decumbentibus capsulis aristatis.

Hibiscus (spinifex) foliis cordatis, crenatis, indivisis, capsulis spinis exstantibus. *lacq. Amer. 19G. hort. u IOJ. apud Linn. Spec. pi. ad genus hib. n*. 11.*

Abucilon palustre, floie luceo, fructu aculeato maiore. *Plum. mss. t. 4, / . 11.*

Abucilon americanum fruticosum, folio subrotundo, flore iuteo, fructu aculeato maiore. *Burnt, icon. 1.*

Bichierva. *Sutian. herb. n°. 369.*

Caulis frutico-arborescens, ramosus, in vasis 4-pedalis.

Folia breviter petiolata, subscabra, ovato-lanceolata (in aliqua varietate cordata), inaequaliter dentata, acuminata. Stipulae angustae, lanceolatae, erectae.

Flores solitariae, axillares, pedunculatae, pedunculis folio brevioribus, initio erectis, fructiferis, ad ramum, aut caulem perpendicularibus, pediculis multo longioribus.

Calyx exterior septemphyllus, foliolis linearibus, acutis, pediculis interioribus vix longioribus : laciniis lato-acutis, ciliatis.

Corolla saturate lutea, magna.

Stamina: filamenta plurima, per tubum deflexi superficiem sparsa : antheris reniformes.

Germen ovatum. Stylus simplex, octofidus : stigmata globosa, villosa.

Fructus intra calycem. Capsulae quinque, subtriangulares : harum singulis spinis sunt duae laterales, hamatae; et tertia erecta terminalis, quae in duas separatur quum valvulae dehiscunt. Semen ovatum, interne nonnihil compressum.

Habitat in America meridionali, in umbrosis et humidis prope originem Maragnon. Colitur in R. H. P. Habuit florentem mensibus Julio. Aug. Sept. et in hibernaculis per integrum fere annum.

Obs. *Quinque tantum foliola numerat Linnus in calyce exteriori : egressa septem reperi.*

Vanaqfoliis cordatis subrotundis. Herb. Jus.

189. PAVONIA ARISTATA. (Tab. XLV. fig. 3.)

P. Caule fruticoso humili: foliis cordatis, ovato-lanceolatis, crenatis, scabriusculis: floribus solitariis, parvis : capsulis aristatis.

Hibiscus aristatus. *Jussieu, H. R. P.*

Caulis fruticosus, humillimus, ramis pluribus fere pedibus, virgatis, glabris.

Folia alterna, duriuscula, breviter petiolata : stipulae angustissimae, lineares, erectae.

Flores solitariae, axillares, pedunculatae, pedunculis brevibus, petiolo subaequalibus, fructiferis ad latus deflexis.

Calyx exterior ex 6-7 foliolis sublinearibus, supra paulo latioribus: fructiferis in stellam apertis : interior ut in precedenti.

Corolla lutea calyce vix maior (numquam vidi apertam, quamquam centies apud me frutex fructificaverit.)

Stamina: filamenta minima in superficie tubi parvi: anthera reniformes.

Germen ovacum, denticulis quinque prominencibus. Stylus simplex octofidus: stigmata villosa.

Fructus omnino idem ac praececedentis, at fere duplo minor.

Habitat in America. *). Habuit florentem a mense Augusto usque ad Decemb. Colitur in R. H* P.

Arbuscula sunt omnino diversa quamquam fructu corollam Pavonia spinifex ad quatuor pedes etiam in vasis crescit; pedunculos habet petiolo quadruplo longiores, et corollam magnam, patentissimam: Pav. vero aristata vix pedalis est & corolla minima ornatur, pedunculisque petiolo subaequalibus.

190. PAVONIA TYPHALICA.

P. Foliis ellipticis, capsulis recurvato-tridentatis.

Urena typhalasa. *Lin. sp. pl. n.**. 3.

Urena fraticulosa, foliis serratis oblongis, floribus conglobatis, pedunculis longissimis terminalibus. *Brown, lanu* 18 \

Malva scariosa folio, capsulis tridentatis, vestibus adhaerentibus. *Barrcr** *JEquin*, 75.

Caulis frutescens. .

Folia oblongo-ovata, utrinque acuta, serrata. Bractes conferti pedunculos distinguunt. Pedicelli approximati, uniflori.

Calyx exterior monophyllus, quinquepartitus; interior semiquinquefidus, ambo persistentes.

Corolla alba.

Germen. . . Stylus decemfidus stigmatibus capitatis.

Fructus quinquecapsularis: capsulis mucronibus tribus, subulatis, retro denticulatis, medio longiore, inhomospermis.

Habitat in Surinamo ^ Jamaica. J>.

Plantam hanc nullibi vidi: supradictam descriptionem ex *Lin. desumsi loco citato, ex qua inter PAVONIAS adnumeravi. URENIÆ enim calyx interior est pentaphyllus, atque capsula echinata, ut reliqua pretermittam, qua ita disertatione exponam.*

* * CALYX INTERIOR BREVIOR, EXTERIORI CANCELATUS.

191. PAVONIA ZEYLANICA. (Tab. XLVII. fig. 2.)

P. Caule herbaceo hirsuto; foliis cordatis, crenato-dentatis: inferioribus subrotundis, reliquis profunde 3-5 fissis: pedunculis elongatis, geniculatis, unifloris.

Alcea pentacoccus, ranunculi auricomi folio et facie. *Pluk. Aim.* 1 \$. *torn*, 115. f. 3.

Hibiscus (zeylanicus) foliis cordato-hastatis, pedunculis alternis unifloris geniculatis? *Linn, sp. pl. ad genus Hibis. n.*^o. *iz. Burm. ind.* 15 3. 48. f. 2.

Caulis teres, erectus, herbaceus, pilis longis albis, glanduliferis, hirsutus, arenaeus, pedalis j ramis alternis, inferioribus longioribus.

Folia cordata, crenato-dentata, scabriuscula, subtus glandulifera: inferiora subrotunda, reliqua profunde 3-5 fissa. Stipulac subulatae, parvs.

Flores solitarii, laterales, pedunculati; pedunculis erectis, pilosis, pilis glanduliferis, geniculatis, peciolo longioribus.

Calyx exterior ex decem setis pilosis, pilis glanduliferis; basi in hemisphaerum arcuatis, supra conniventibus: interior dimidio brevior, laciniis lanceolatis.

Corolla campanulato-patens[^]albido-rosea: petalis basi tubum ampliatum formantibus.

Stamina: filamenta decem e media tubi parte prodeuntia, horum saepe quinque ex illius basi, tuncque longiora, alba: antherx reniformes.

Germen globosum. Stylus simplex supra decemfidus. Stigmata purpurea, globosa, tomentosa.

Fructus calyce exteriori cancellatus (ut in atractili cancellata), ipsoque minor j maior tamen interiori, globosus, quinesulcatus, ex capsulis quinque monospermis, subtriquetris. Semina subtriquetro-ovata. *

Habitat in Zeylona. 0. Habui florentem mensibus Augusto et Sepumbri. Colitur in R. H. P.

Obs. *Falde suspicor CL Lin. diversam a nostra plantam descripsisse nomine Hibiscus[^]cylanicus, eam scilicet quam Burmanus dicit in sua Flora Indica t. 48. Primo enim corolla in nostra numquam incarnata j quam pro sua adstmit Linn[&]us. i^o. Folia sunt illi plurima cordata, subrotunda > crenata, parva, qua in Linn[&]ana dicitur 3^o. Tandem nulla in Pannonia nostra observantur folia cordato-hastata, ut in Linnai et Burmani planta reperitur. An fortas e specie differant?*

191. PAVONIA CANCELLATA.

P. Caule debili hirtio, foliis cordatis serratis, calycibus globosis: radiis vicenis, subulatis, hirtis. *Lin. supp. p. ubi nominator Hibiscus cancellatus.*

Caulis herbaceus filiformis, prostratus, pilosus uti tota planta.

Folia: alterna, petiolata, sagittato-cordata, dentata. Stipulae...

Pedunculi axillares, uniflori, petiolis longiores.

Calyx exterior globoso-inflatus, e radiis viginti, setaceis, pilosis: interior parvus, quinquemfidus.

Corolla, stamina, pistillum, generis.

Stigmata decem.

Capsula semi-pentacocca, loculis quinque.

Semina plurima.

Habitat in Surinamo. Dalberg. ex dicto supplemento.

Ut dubiam PAVONIIS adnecto, quamquam stigmata decem capsulas quinque monospermas indicent. Si plantam vidissem j et genus certe ducerminassem, et qua Linn[&]us permisit, addidissem.

19j. PAVONIA PANICULATA. (Tab. XLVI. fig. 1.)

P. Caule hirtio, ramoso: foliis cordatis, subrotundis, acuminatis, crenato-dentatis, saepe tricuspidatis: floribus paniculatis genitalibus declinatis.

Hibiscus paniculatus. *Dombey herb.*

Foliis exceptis, tota planta pilis albis nee pungentibus hirta.

Caulis teres, ramosus, ramis erectis plusquam 4-pedalis.

Folia alterna, distantia, petiolata, petiolis longiora, cordata, subrotundo-acuminata, inferiora §-5 pollicum diametri, crenata, septemnervia, nervis villosis, saepissime tricuspidata, superiora parva, serrato-dentata, quinquenervia, breviter petiolata. Stipule tanceolatae, falcate, nervosae, caulem quasi amplectentes.

Flores numerosi paniculaci in summitate ramulorum et caulis.

Calyx exterior ex 8-9 foliolis angustis, sublinearibus ciliatis: interior minor, semiquinquepartitus, laciniis acuminatis, ciliatis.

Corolla flava, plusquam pollicaris, petalis subrotundis emarginatis, patentissimis.

Stamina: filamenta numerosa, oblonga, per integram tubi brevis superficiem spatiosa, cum stylo declinata, antheris subrotundis (haec omnia flava.)

Germen globosum. Stylus simplex apice bifidus; laciniis subtilissimis: stigmata globosa, villosa.

Fructus parvus, calyce interiore clausus, subrotundo-compressus, subtus acutus. Capsulae insculptae, mucosae, subrotundo-triquetrae, subtus acuminatae, intus sutura dehiscentes. Semina glabra, subrubra, basi acuta.

Habitat in Peru circa fluminis Maragnon originem prope sylvas. D ?

Habuitur a mense Octobris usque ad Decembrem.

* * * CALYX EXTERIOR INTERIORE BREVIOR,

*194. PAVONIA SPICATA (Tab, XLVI. fig. 1 •)

P. Foliis cordatis, ovato-acuminatis, serratis, hirtis, rugosis: floribus thyrso terminalibus.

Malache scabra. B. Chr. *Vofrel in cent, plant, rarior. Trewii fig* 90. color.*

Abutilon foliis ovato-cordatis, acuminatis, rugosis floribus thyrso terminalibus. *Mill, abridg. edit. 5.*

Abutilon americanum palustre, spica florum pyramidata. Fiore parvo exalbido? *Plumier. Cat. x, ms. 4, M O.*

Alcea fruticosa aquatica, folio cordato scabro, flore pallide luteo. *S/a².Ci/. 97* *hist. 1,111, u 139, / 2.*

Herbar. Surian, /i°. 1 \ o, 821.

Radix filamentosa.

Caules plures, crassi, stricti, albicantes, quinquepedales, ramis pluribus.

Folia alterna, longe petiolata, cordata, ovato-acuminata, acumine producto, serrata, hirta, (uteo-viridia, venosa, petiolis paulo longiora. Stipulae lanceolatae, acuminatae.

Flores racemoso-spicali terminales, pedunculati, erecti, ad stipulam axillares.

Calyx exterior profunde octofidus, ita ut compositus appareat ex octo foliolis lanceolato-acuminatis: interior subrubulosus, quinquecostatis, crenulatis subrotundo-acuminatis, exterior paulo longior.

Corolla lutea calyce dupla, petalis oblongis, subintegris, erecto-patulis; striis saturacioribus noraris.

Stamina : filamenta plura per superiorem tubi superficiem sparsa : anther* reniformes.

Germen turbinatum truncatum. Stylus simplex, cylindraceus, crassus, tubo paulo longior., capitulo terminatus, in quoglobulos 7-8 numeravi, qui sunt stigmata.

Fructus intra calyces, ipsis paulo brevior, ex quinque capsulis subtriquetris, basi acuminatis, supra obtuse tricuspидatis, in duas valvulas dehiscentibus. Semina solitaria obovata.

Habitat in Iamaica. 5. Donu V. S. communicatam a Z. de Jussieu.

Obs. *CL Vogcl genus novum ex hue plant a const! tuu Malache nomine* cuius enlycem exterior em lo-fidum dixiu In descriptions et figura al'toquin pulc'errima, qu&tdam vidi ill+stratione uturiori digna. StipuU enim prxtermittuntur, et fructus repr&sentatur monotapsularis, quum re vera ex capsules quinque bival' s componatur. Plant am tgo examinavi siccissimam atq'vetuuissimam ; quart y si stigmata coaluerint, et si hac de causa ea haud rtcte enumerayi^ planu statui deteriori tribuendum arbitror.*

195. PAVONIA URENS. (Tab. XLIX. fig. 1.)

P. Caule fruticoso suburente : foliis palmatis : floribus axillaribus, glomeratis, subsessilibus.

Caulis fruticosus villosissimus (ut et tota planta), pilis deflexis nonnihil urentibus.

Folia alterna, distantia, petiolata, petiolis longiora, cordata, palmata, 5-7-10-bata, villosissima, suburencia. Stipala: subulatoe, longx, erects, ciliat^e, marcescentes.

Flores axillares, glomerati, subsessiles, nutantes, pulcherrimi : pedunculis lanatis.

Calyx exterior 7-9 phyllus, foliolis lanceolatis ciliatis : interior illi subacqualis, laciniis ovato-acutis, ciliatis.

Corolla rosea campanulato-patens: petalorum unguibus saturate rubris: petala oblonga, obtuso-emarginata, striata, cilierrima.

Stamina : filamenta incarnata, pauca, fere omnia in tubi extremitate : anthers reniformes, coccinejs: pollen album.

Germen globoso-pentagonum villosum. Stylus simplex. Stigmata decem incrassata, purpurea, apice globosa, hispida.

Fructus intra calycem villosus, globoso-quinquesulcatus, ex quinque capsulis compositus in orbem positus. Capsulae subrotundo triquetra*, basi angustiores, apice acumine brevi prominente. Semina solitaria, apice obtusa, basi acuta.

*Habitat——I). Haluiflorentem mensibus Octob. Nov. fructum necdum maturum abstuli die 10 Nov. *).*

Obs. *HAC planta primo floruit in hibernaculo It- H. P. tnense Martio anni 1785. Illuc usque inter Sidas annumerata fuit, et quod fades SIDIS congruebat, et quod donata fatmf F far Jus abhinc aims Jicto nomine SIDJE srilicet. Nikil*

trgo mirandum si vir de Botanica bene meritus, temporis an g us da coactus et dictis momentis duct us, inter SIDAS descripserit in Dictionario Encyclopedico.

196. PAVONIA HASTATA A. (Tab. XLVII. fig. 1.)

P. Foliis> hasratis crenato-dentatis, desuper punctatis : floribus solitariis, longe
j pedunculatis.

Abutilon pedunculis axillaribus, unifloris j foliis subcordatis, tomentosus, ere-
natis, superne punctato-scabris. *Com. herb.*

Caulis teres, ramosus, subtomentosus, ex fragmentis qua; vidi, plusquam pe-
dalis.

Folia alterna, petiolis multoties longiora, cordata, hastata, crenato-dentata,
subtus albicantia; desuper punctato-scabra. Puncta hxc sunt pili minimi, al-
bicantes, in fasciculos serratatos comunci, ut in Donibeyajuncta. Quorum
reperiuntur folia minima, cordata, quae sensim a figura subrotunda in
hastatam perveniunt. Stipulae brevis, capillares, arcuatae, tomentosae,
deciduae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati pedunculis erectis, petiolo multoties
longioribus, folio brevioribus.

Calyx exterior submonophyllus, profundissime partitus in quinque foliola
subovata : interior duplo maior, semiquinquepartitus, laciniis lato-lanceo-
latis.

Coriolla calyce duplo et amplius maior, dilute rubra > venis saturatioribus: pe-
talis subrotundis, unguibus maculatis.

Stamina: filamenta numerosa per tubi superficiem sparsa; antherae reniformes.
Germen globoso-sulcatum. Stylus simplex, brevis, purpureus, in decem lacinias
tubo longioribus partitus. Harum binae cohaerent, separabiles tamen.
Stigmata decem, globosa, villosa.

fructus intra calycem. Capsulas abaeque receptaculo columnari in orbem posita
suntque subovatae, basi acuminatae, venosae, limbo brevi, membranoso a
basi ad apicem cinctae, bivalves, monospermae. Semina glabra, rubra, subova-
ta, basi acuminata.

*Habitat in Brasilia, observata a Commen. V. S. communicata a D. Thouin**

*Radices et folia sunt mucilaginoso, mollicntla, et refrigerantia. Florum capitula
efficaciora censentur ad menstrua pellenda. Rumph. loco citato.*

2*9. HIBISCUS MEMBRANACEUS. (Tab. LVII. f. i.)

H. Foliis cordatis, oblongo-acuminatis \ obsolete denticulatis, calycum interno
tubuloso magno: membranisque quinque instructo.

Caulis arboreus? ramis subtomentosis.

Folia alterna, petiolis longiora, cordata, ovato-oblonga, acuminata (ad H. po-
puli. accedentia) 5 subhastata, limbis nonnihil crispis crenulatis, subtomen-
tosa. Sripulie parvae, lineari-acuminatae.

Flores solitarii, axillares > in summitate ramulorum ^ pedunculati, pedunculif
erectis, geniculatis, petiolo longioribus.

Calyx exterior ex decem foliolis lanceolaris inaequalibus, basi connatis 3 calyce
interiore quadruplo et amplius brevioribus: interior magnus, scaber, tubu-
loso-campanulatus, supra quinquepartitus, laciniis subrotundo-acuminatis
crinerviis a quorum divisione deorsum versus membranx prominent quin-
que compressae.

Corolla calyce maior subcoriacea, extus villosa, flavescens, intus saturatior
petalis integerrimis, patulis, subrotundo-acuminatis.

Stamina numerosa per totam tubi superficiem sparsa: antherae reniformes.

Germen. . . Stylus apice quinquefidus: stigmata globosa purpurea.

Fructus capsula ovata, villosa, quinquelocularis, loculis polyspermis*

Habitat . . . V.S. unicum exemplar apud Z. de Jussieu.

Obs. *Fructum vidi, qui necdum debitam magnitudinem attigerat in quo tamen
loculos videlicet polyspermos.*

*) O. HIBISCUS CORDIFOLIUS. *Lin. sup.*

H. Arboreus, tomentosus: foliis cordatis, ovatis, serratis \ floribus peduncu-
latis terminalibus j calyce polyphylo, lineari, longo. *Lin. sup. p. 109.*

Figura foliorum ut in *Hibisco populo* absque ullis angulis.

Calyx ut in *Il. tnu. Jrm. Uco*, sed multo longior et magis polyphyllus.

Flores inrer mediocres.

Habitat in America meridionali Mutis. f. Ex Linnao.

ti). HIBISCUS LASIOPHYLLUS (a). (Tab. LXX. f. 1.)

H. Foliis ovato-lanceolatis magnis, crenato-serratis, tomentosissimis subcus canis;
capsula ovato-acuminata, setosa.

Caulis, si ex fructus ac foliorum magnitudine iudicandus, fruticosus aut ar-
boreus.

Folia longe petiolata, distantia, ovato-lanceolata, acuminate acutissimo, crenata;

{a) Fructu setoso, a *A. m.* setosus, et *Kmfm* fructus.

apice serrata , tomentosa , subtus albicantia , quinquenervia, longitudiite
quatuor fere pollicum, duorum lata. Stipule....

Flores axillares , solitarii, pedunculati, pedunculis ereccis, crassis , vix polli-
caribus.

Calyx exterior polyphyllus ex 13, fere foliolis lineari-acutis, longis , ciliatis:
interior longior, semiquinquendus, laciniis lanceoUtis, trinemis.

Corolla cum genitalibus deest in exemplari unico.

Fructus capsula ovata,acumine terminate, coriacca, setis rufescentibustecta;
quinquelocularis, quinquevalvis,loculis polyspermis. Semina globoso-acu-
minata, fusco-rubra, glabra, sub 14. in unoquoque loculamento duobus
ordinibus disposita.

Habitat.... V. S. umcùm exemplar apud D. dc Jussitu.

Obs. *A flints videtur h&c plant a pr&cedenti; a qua divetsam reputo.*

231. HIBISCUS SOROIUS. *Lin. sur**.

H. Cnlycibus exterioribus teretibus, apice dilatatis; foliis cordatis, cretiatis >
scabris. *Lin, sup.p. 311.*

Caulis derbaceus , vel fruticosus , teres, totus pilosus, suffultus arboribuJ.

Folia alterna, petiolata, cordaca , absque angulis 3 crenata, scabra, remota*
Stipuhe subulatac , minutaz.

Pedunculi axillares longitudine foliorum, solitarii, pubescentes, uniflori.

Calyx hirsutus: exteridt radiis decem teretiusculis, patentibus , distantibus ,
calyce interiore brevioribus, apice dilatatis in folium cordatum, dbtusum ,
cucullatum. Interior campanulatus, maior, angulatus, quinquefidus, laci-
niis ovatis.

Corolla, stamina, pistilla3 ut in *H manhlot.*

Capsula glabra, pilosa, calyce brevior. Semina glabra.

Habitat in Surinamo. C. G. D alb erg. Ex. Lin. sup. dtpronu

233. HIBISCUS SENEGALENSIS. (Tab. LXVIII. f. 1.)

H. Foliis cordatis, subangulatis , tomentosis : calycum interiore brevior , exte-
riore cancelato.

Tota planta valde tomentosa.

Caulis teres, ramosus.

Folia alterna, longe petiolata, cordata, rotundata , subangulata, crenato-den-
tata, nervis quinque prascipuis prominentibiis. Stipule subulate y erects, to-
pientosaè, utritnque òin£, auc plures.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, pedunculis eyec^i^iolQJy^viatibus,
^d cuiuffi lams ramulus.

Calyx exterior ex decem foliolis lineari-acutis, arcuato-erectis calycpiqinte-
norem cancellanubus s qui cst paulo brevior, l^iPMsllg^c^laç^xtrWkjtis
intus glabris.

Corolla calyce paulo maior, flavescens.

Stamina numerosa, brevia: anthers reniforiyies:; tabus corolla breyior.

Germen globosum: stylus simplex: stigmata rubra, clavaea.

Fructus rudimentum, ovatum.

Habitat in Senegal, obsery a D. Adanson. V* S. apud D. de Jussitu.*

i J4. HIBISCUS TUBULOSUS. (Tab. LXVIII. fig. 1.)

H. Caule frutescente hirsuto : foliis cordatis, angulatis, crassis, tomentosis : floribus solitariis : calycis exteri iris apicibus spatulatis, recurvis.

Ketmia flore sulphureo , fundo pureo, abutili folio. H. R. P. cenni 1764. in quo floruit mense Septembri; fructificavit Octob. in herb. D. de Jussieu.

Hib. panduneformis, foliis cordatis > lanceolatis, denticulatis, tomentosis, caule hirsuto. *Burm. Fl. & ra indica. p. 15 , t. 47 , / 1 ?*

Caulis teres, hirsutus > tomentosus (ut et tota planta), erectus, 1: annuus, 4- 5 pedalis.

Folia alterna, cordata, crassa, tomentosa, angulata , acuminata, inaequaliter dentata; superiora subhastata. Stipulae subulate, utrimque triangulares, villosae, arcuato-erectae.

Flores solitarii, axillares, pedunculis vix pollicaribus, geniculatis.

Calyx exterior tubulosus novemphyllus: foliis basi cohaerentibus, hinc annatis, apice spatulatis > acutis, recurvis ; interior tubulosus paulo maior, semiquinquefidus, ambo villosissimi > atque rubescentes > utrumque fructum continent.

Corolla flava > fundo rubro, ex quinque petalis in tubum approximatis, apice persistentibus, saepe integris , saepe laciniata aliqua notatis : quae exsiccatione rubescunt.

Stamina : filamenta parva (saepe 16) per tubi albi superficiem sparsa: antherae saturate flavae, reniformes.

Germen subovatum, tomentosum : stylus simplex, apice quinquefidus-scissus: stigmata globosa, saturate violacea, villosa.

Fructus intra calycem pilis numerosis adpressis tectus : capsula ovata. Semina reniformia, tomentosa > rufescentia, decem in unoquoque loculamento.

Habitat in India orientally et in Senegal. J)- Habui florulentem a mense Julio usque ad finem Octob. Col. in R. H. P.

2 j 5. HIBISCUS URENS. *Lin. sup. (Tab. LXVII. fig. 1.)*

H. Tomentosus foliis reniformibus cretatis^m, calycibus lanatis (corolla longioribus addo Cav.) *Lin. sup. p. 309.*

Herba tomentosa > leviter urens, magnitudine ac facie Althaeae rosae.

Gaulis herbaceus.

Folia reniformia, rotundata, vix lobata, inaequaliter crenata > subtus magis tomentosa , pallidiora, palmata, petiolis saepe breviora. Stipulae .. •.

Stipulae axillares, subsessiles, binae, ternariae, glomeratae.

Calyces tomentoso-lanati, albicantes : exterior monophyllus, profunde partitus (quamproxime in duodecim lacinias lanceolatas : interior duplo longior > sesquipollicaris, semiquinquepartitus.

Corolla calyce paulo brevior, purpurea, extus villosa, intus glabra > venisque saturatoribus notata: petala quinque oblonga, angusta.

Stamina: filament* plurima , brevia, versus superiorem tubi partem: anther* parvas , reniformes, lutes.

Germen ovarum: stylus simplex, apice capitatus: hocque capitulum ex quinque globulis, qui sunt stigmata.

Fructus capsula parva, subgloboso-acuminata, tomentosa. Semina ovata, glaberrima, rubescentia, quinque in singulis loculamentis.

Habitat ad Caput Banksi. V. S. (quod ad calycem, genitalia ac fructum spectat) communicat. a I? Banks.,

i)6. HIBISCUS FERRUGINEUS. (Tab. LX. fig. I.)

H. Caule tomentoso-ferrugineo; foliis cordatis, oblongis, obtusis, versus basim latioribus, Scabris, flavescentibus; floribus solitariis.

Caulis reres, ramosus, ramentis brevi ferrugineo tectus, quemadmodum et tota planta.

Folia petiolata, petiolis subaequalia, cordata; inferiora breviora, crenato-dentata, scabra, flavescentia, apice obtusa, basi latiora, medio utriusque sinu angustata. Stipulae subulate, erectae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, pedunculis erectis, petalis longioribus*. Calyx exterior decemphyllus, foliolis lanceolatis acutis: interior longior laciniis acutis.

Corolla rubescens calyce duplo et amplius longior, petalis subrotundis.

Stamina: filamenta plura, longiora interiori tubi parti ut plurimum inserta: antherae subrotundae.

Germen.... Stylus simplex a media sui longitudine partitus in filamenta capillaria longitudine corollae*. Stigmata globosa, rubra.

Fructus dicitur.

*Habitat in Madagascar, observata a Commerson V. S. communicatum a D. Thouin**

*E. Caulis inermis : calycibus ut supra in D. Foliis lobatis , ovatis angulatis**

i)7. HIBISCUS FALUSTRIS. Lin. (Tab. LXV. fig. 1.)

H. Caule herbaceo simplicissimo; foliis ovatis, subtrilobis, subtus tomentosis; floribus axillaribus. Lin. sp. pl. n.º. 1.

Althaea palustris. Bauh. pinax. 316.

Althaea hortensis vel peregrina. Dod. pempt. 6yf.

Ketmia palustris, flore purpureo. Tournefort. inst. 100.

Althaea magna, quinqucapsularis, foliis superioribus in laciniis ternas leviter incisus et aversa parte albicantibus; floribus magnis. Pluk. tab. VLf. j.

Caulis teres, fistulosus, simplex, scabriusculus, 4-pedalis.

Folia ovato-oblonga, crenata, tricuspida, cuspe media latiore, productiore; subtus albicantia. Stipulae subulate, arcuato-erectae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, pedunculis erectis, geniculatis, petiolo paulo longioribus.

Calyx exterior ex decem foliolis lineari-subulatis, basi arcuatis; interior paulo longior ovatus, laciniis acutis.

Corolla magna luteo-albicansj petalis unguibus incarnatis, apice subrotundis.
Stamina: filamenta numerosa per integram tubi superficiem sparsa, lutea : an-
there reniformes.

Germen ovacum: stylus longissimus, versus apicem recurvus, quinquepartitus
stigmata dyffeata,

Non fructificavit

*Habitat in Virginia * Canada* ty. Floret mense Aug. V. V. in 1759. H* P.*

258, HIBISCUS MOSCHEUTOS. *Lin.* (Tab. LXV. fig. 1.)

H. Foliis ovatis, acuminatis > serratis : caule simplicissimo j petiolis floriferis.
Lin.sp.pl. n^o. 1.

H. Foliis ovatis, crenatis ; angulis lateralibus obsolete. *Hort. Clif. 1749.*

Alcea rosea peregrina, forte rosa moscheutos Plinii. *Cor. Canad. 1744. t. 145.*
Moris, hist. 1. p. 55 z. s. 5. t. 19. j\ 6.

Ex eadem radice caules plures, teretes, simplicissimi, 4-pedales,

Folia ovata, acuminata, serrata, subtus albicantia, nominatim tricuspidata, an-
gulis lateralibus parvis, specie obsolete. Stipulae angustae, acutae.

Flores solitarii > pedunculati, pedunculis petiolo longioribus, folio brevioribus,
erectis, petiolo insertis.

*Reliqua ut in precedenti, a quo differt petiolis floriferis**

Habitat in Virginia, Canada. 1759. V. S. apud D. de Jussitu.

259, HIBISCUS PEDUNCULATUS. *Lin. sup.* (Tab. LXVI. fig. x-)

H. Caule frutescente : foliis quinquelobis, trilobisque, hirsutis ; pedunculis
axillaribus unifloris, elongatis. *Thunberg. ms.*

H. Hirsutusj foliis quinquelobis dentatis \ pedunculis axillaribus unifloris, elon-
gatis. *Lin. sup. p. 909.*

Caulis frutescens, teres, villosus, erectus, bipedalis, simplex.

Folia alterna, petiolata, petiolis pollicaribus, teretibus, hirsutis j inferiora quin-
queloba, superiora trilobaj dentata, supra viridia, subtus pallida, utrimque
hirsuta, pilis flavescens. (Variant figura et magnitudine, quae saepe saepius
est pollicaris.) Stipulae breves, acutae.

Flores axillares, solitarii, pedunculis hirsutis, spithameis erectis usque ad flo-
rem, hinc nutantibus.

Calyx exterior polyphyllus, foliolis lanceolatis, hirsutis: interior semiquinque-
partitus.

Corolla campanulata, petalis quinque incarnatis, plusquam pollicaribus.

Stamina : filamenta numerosa, brevia > per tubi superficiem sparsa; antherae
reniformes.

Stigmata quinque, capitata.

Habitat in sylva GALGEBOSCH dicta Capitis B. Spèi. Floret mense Decembri. 1760.

Descriptionem atque figmam communicavit honestissimus vir Thunberg.

140. HIBISCUS SPICATUS. (Tab. LIX, fig. x.)

H. Caule hirsuto: foliis cordatis 5-7-lobatis, valde tomentosus: floribus spicatis,

Zij

subsessilibus: stipulis utrimque sex.

Caulis hirtus, pilis albis, longis, deflexis.

Folia petiolata, petiolis inferiorum longissimis, sensim versus apicem brevioribus, hirtis; cor data, subrotunda lobata, crenata, rugosa, valde tomentosa. Stipule fere duodecim, lanceolato-acutissimae, ciliatae, utrimque sex.

Flores spicaci, sessiles, spica longissima terminali.

Calyx exterior monophyllus, profunde partitus in 8-9 lacinias lanceolatas: intus glaber, extus lanato-rufescens: interior coriaceus, semiquinquefidus, extus lanatus, intus glaber.

Corolla, petala quinque subrotunda. (De magnitudine et colore nihil certi, vidi enim dumtaxat intra calyces.)

Stamina numerosa, brevia, tubum cooperientia; antherae reniformes, luteae.

Germen.... Stylus simplex: stigmata....

Fructus deersat.

Habitat... K. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu.

Hic species (quae fortasse melius aliquando inter Althaeas connumerabitur) quum de fructu constet abunde distinguitur a congeneribus stipularum. Utrum numero et figura: id quod notandum, ne in error inducatur, qui exemplar viderit; stipularum duodenarium numerum ita florem cingere ut primo intuitu calycem ipsam referant, atque calyces clausos pro capsulis stant.

241. HIBISCUS SIMPLEX. Lin.

H. Foliis cordatis, trilobis, repandis, integerrimis; caule arboreo simplicissimo.
- *Lin. sp. p. n. s.*

Malva arborea, flore rotundo, flore liliaceo. *Sloan. lam. 95. hist. 1. p. 95. M J 4. f. i. 1.3.*

Caulis arboreus, crassus, rectus, indivisus.

Folia integerrima, cordata, triloba, obtusiuscula, glabra, margine inaequali, nervis subtus poro mellifero.

Habitat in Asia. I. Nullibi vidi: superius a yero ex Linnaeo desumsi loco citato.

241. HIBISCUS TLAVESCENS. (Tab. LXX. fig. j.)

H. Caule hirsuto, pilis aureis: foliis palmato-quinquelobatis, hirsutis j floribus numerosis, terminalibus.

Caulis apparet fruticosus > atque coopertus pilis rigidis aurei coloris, quernadmodum etcapitula.

Folia cordata, quinquelobata > lobis profundis, acutiusculis, serratis, hirsuta. Stipulae lanceolatae.

Flores terminatae plures.

Habitat in Pondicheri. V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu, quod figura sistit magnitudine naturali.

143. HIBISCUS BHASILIENSIS. Lin.

H. Foliis cordatis denticulatis, calycibus exterioribus duplo laevioribus, caute

fruticoso , ramis hirtis. *Lin. sp.pl. n^o. 7.*

Fades Hibisci mutabilis.

Caulis fruticosus, ramis, petiolis, pedunculis, calycibusque hirtis.

Folia cordata j serrato-dentata. Stipulx subulate.

Pedunculi uniflori, foliis longiores.

Calyx exterior octophyllus 3 linearis, patens: interior dnnidio brevior.

Fructus capsula quinquecocca non longior calyce interiore.

Habitat in Brasilia, f). Ex Lin. desumsi omnia ; plantam non vidi.

An ad PavonU genus referenda sit hac species ? fructus quinquecoccus id indicat.

Synonymum Plumicri ab hac specie separo, quoniam plāntam sistit ab H. mutabilis facie longe diversam. Videatwrn. 116.

244. HIBISCUS MUTABILIS. *Lin. {Tab. LXII. fig. 1.)*

H. Caule arboreo, foliis coraatis, quinqueangulatis , acuminibus productis & acutis: fructu obovato rugoso.

H. Foliis cordato-quinqueangularibus , obsolete serratis, caule arboreo. *Lin. sp. pi. «^o. 9. Hon. Ups. 205. Hon. Cliff. 349, Roy. lug. 358. Brown. lam. 18& n^o. 7.*

Hibiscus sinensis. Miller, diet. n^o. 9

Althaeaarborearosa sinensis. Mons.his. 1. p. 5 30.s< 5. tab. li.fi.

Rosa sinensis. Ferr. Flor. 493. / . 497. Mer. sur. 31. tab. 31.

Flos horarius. Rumph. Ami. torn. 4. lib. 6. cap. 11. tab. 9.

Hina-pariti. Rheed. Mai. 6.p. 66. tab. 38. 39. &c.

Ketmia. Co mm. herb.jigur.

Caulis arboreus cortice albicante tec t us, ramis patulis,, reneris, villosa-farinaceis., orgialis et ultra.

Folia cordata, semiquinquepartita in quinque angulos apice acutissimos , inx- (jualirer crenato-denuta \ quinquenervia, nervis protuberantibus. Stipulx hneari-lanceolats.

Flores axillares solitarii, in summitate ramulorum numerosi, pedunculis erectis * longis.

Calyx exterior ex octo foliolis oblongis, lineari-acutis : interior duplo longior j lacinii\$ acaminaris , trmerviis.

Corolla qufttuor pollicum diametri , patens, uno eodemque die tricolor, mane nivei coloris, meridiano tempore dilute incarnati,vespere tandem rosea, atque cum sole occidit.

Stamina 2 filamenta plurima per tubi superficiem sparsa: aniherce luteac, reniformes.

Germen globosum: stylus simplex, corollā brevior: stigmata globosa,

Fructus calyce minor-, subovatus, rugosas, villosus. Semina reniformia sex in singulis loculamentis.

Habitat passim in utraque India atque in Insula Canaria. |). Coliturin R. Ji. P.. 'Numquam yidifloridum; qu&ndfructifivatorwn, spectant et observavi in sicco, et communicata fuere ab amico meo D. Josepno Vitra Canariensi.

Obs. Ex huiws cortice construunturfunes in Canaria.

14j. HIBISCUS CLYPEATUJ* *Lin.* (Tab. LVIII. fig. r.)

H. Foliis cordatis angulatis j capsulis turbinaris, truncatis, hispidis. *Lin.sp.pl**
n^o. 19.

**Kecmia amplissimo folio angulaco: fructu hispido clypeato. *Plum. cat. p. 3 > ms.*
vol. IV\ tab. XXI. *Burnt, spec. \$. t. 160./.* 2.**

Caulis arboreus, ramosus, 15*30 pedes alms.

Folia magna, cordata, angulosa, aspera, subtus virencia, nervosa, petiolis tri-
pollicaribus. Scipulx....

Flores circa ramorura summicaces solitariij axillares, pedunculis erectisjpKe-
longis.

Calyx exterior ex 11 fere foliolis longis, angusris, acurissimis: interior campa-
^lulatus, profundus, amplus, semiquinquepartitus.

Corolla magna j pallida, pipfunde campanulata, petalis quinque apice revo-
lutis.

Stamina : filamenta albicantia, tubum brevem, 9lbum tegentia : anthers: reni-
formes ?

Fructus intra calycem amplus, hispidus, membranaceus, et timpano superius
i clypeato simillinuis', loculis quinque polyspermis. Semina rotunda fusca.

**Habitat in paludosis Ins. S. Dominici. I). *Observatus, dtscriptus atquc deli''*
*ntatus a Patre Plumitrio. (Nuliibi vidi hanc plantam.)***

Obs. Ex huius conicc parantur funes.

146. HIBISCUS COLUMNARIS. (Tab. LIX. fig. I.)

H. Foliis cordatis rotundato-angulatis, subtomentosis : calycibus monophyllis:
tubo columnari, longissimo.

Caulis, ex fragmentis, arboreus aut truticosus.

Folia alterna, numerosa, pedunculis subtomentosis, fere xqualia, cordata,
subrotundo-angulata, sxpe angulis quinque acutis, subtomentosa, venis
carvis subtus notata. Stipule....

Flores plures in sumtnitate ramulorutn axillares, magni, brevibus petiolis
sustentati.

Calyx exterior monophyllus, profunde partitus in sex aut septem lacinias lan-
geoltfas : interior iongior, semiquinquefidus, laciniis Unceolatis, nervo lon-
gitumnali.

Corolla magna extus villosa, petalis luteis, integerrimis, basi coriaceis.

Stamina : filamenta numerosa, parva, tubi medietatem superiorem tegentia :
anthera reniforma6. Tubus cylindricus, corolla fere dupfo Iongior, uiferne
nudus,

Germen ovatum : stylus simplex: stigmata quinque rubra, globosa.

Fructus deerat.

**Habitat in Insula Bourbon. †)• *Observ. a Commersonio. V. S. communicate a D.*
*Thouin.***

**Obs. In herb, D. dc Jussieu vidi plantam, cuius accuratissimam figuram dtli-
neavit D. Jossigny curante Commersonio, in qua desiderantur flores, cuique
calyx exterior est octofidus *qu > quum ab Hib. columnari non differat nisi
stipulis latis, cordatis, s'ubrotundis, quas non rtperi in Uto, stipulis orbatoforte**

*deciduis, pro cadem cum columnan specie habenda erit, quoadusque, ofaer~
yata dcnuo >dt eiusdem differentiis consuu Fig. 3. tab. 59, sis tit stipulas.*

247. HIBISCUS MICANS. (Tab. LX. fig. 2.)

H. Foliis cordatis, latis, quinqueangulatis, comento lucidis: calycum exteriore
monophyllo, magno, sexpartito : corolla extus tomentosa, nervosa.

Caulis comento albicans, ramosus, ex fragmentis acboreus.

Folia peciolis breviora, cordata^latiora quam longa, serrata, quinqueangulata*
acuminibus acutis, utrimque tomento micancia. Scipuls ovato-lanceolarx,
'breves, erects.

Flores solharii, axillares, pedunculati, pe^nculis petiolo sxpe longioribus.

Calyces magni, tomentosi: exterior monophyllus^profundefissus in sex lacinias
lato-lanceolatas , nervis longitudinalibu* -. interior **globoso-pentagonus , an-**
gulis compressis, laciniis lato-acutis.

Corolla magna trium pollicuni' diametri, patens, sulphureo-rubens, in centro
maculata^petalis suorotundis extus tomentosis, intusglabris, costulis ab un-
guibus ad periferiam divergentibus.

Stamina : filamenca numerosa, parva, per tubi superficiem sparsa : antherx
subrenifbrmes^

Germen globosum, tomentosum: stylus simplex: stigmata globosa, rubra.

Fructus capsula subovata, villosa y quinquelocularis > locuhs polyspermis: se-
mina glabra.

*Habitat in Insula Java. ?). Observatus a Commers. V. S. apudDD. de Jus situ
et Thouin y quorum quilibtt possidet exemplar unicum.*

Obs. Exemplar D. Thouin corollam habet sincfructu : D. vero de Jussieufruc
turn sine corolla ; hicque vix est cicere maiory neque perfectam maturitatem
attigit mea ~~sententia~~.*

248. HIBISCUS ABELMOSCHUS. *Lin** (Tab. LXI^ fig. 2.)

H. Foliis subpeltato-cordatis septemangularibus , caule hispido, (addoCav*
seminibus moschum redolentibus.) *Lin. Sp. pi. n. 18.*

Alcea hirsuta, fl^e flavo, seminemoschato. Marg. Bras.4\$. £.45. Brown. lam
285. n. 4.*

Alcea iEgyptiaca villosa. BauK.pin. 317.

Flos moschatus. Met.Surin. 41. /. 42.

Granum moschatum. Rumph. Amboi.t. 4. lib. 6. cap. 18. / 15.

Ketmiavillosa, floreflavo, semine moschato. Plum. 25.

Catcu-gasturi. Rhccd. MaU 2.p. 71. t. j 8.

*Alcea moschata villosissima, foliis in profundiores lacinias incisiss. Pluk. Phyu
I. 127/. 1,*

Ketmia iEgyptiacaj, semine moschato, Tournefi Inst.p. 100. Burm.ZeyL 1 \$4.

Caulis teres, fruticoso-herbaceus , hirrus, nee urens, simplex, viridis, exceptis
maculis oblongis saturate purpureis, quse infra et supra petiolos reperiun-
tur, 5-pedalis.

Folia discancia, longe petiolaca, horizontalia, magna, subpeltato-cordaa ;,

septemangulata, angulis acuminatis; dentato-serrata, hispida; superiora sub-hastata. Stipulæ lineares, arcuato-erectæ.

ores solitarii, axillares in summitate caulis, pedunculis bipollicaribus, erectis, basi incrassatis.

Calyx exterior ex 8-11 foliolis angustilanceolatis, ciliatis; interior quadruple longior, tubuloso-conicus, apice quinque-dentatus, rumpendus a corollâ explicanda, deciduus.

Corolla ex periclysis quinque dilute luteis, unguibus concavis, saturate purpureis, dehiscentioribus, patentibus.

Stamina : filamenta numerosa, pagg, per totam tubi superficiem sparsa : antheræ reniformes, albicantes.

Germen conicum: stylus simplex: stigmata globosa, purpurea.

Fructus bipollicaris, pyramidah-pentagonus, hirsutus : semina reniformia, gilva, quæ masticata moscii odorem exactissime referunt.

Habitat in India orientali, in Guadalupæ et in America calidioribus. lfi. V. V. florantem apud me mensibus Augusto, Septemb. et Octob. Colitur in R. ff P**

Obs. Toea planta ac præsertim pagging inferiores foliorum sunt plena globulis transparentibus, facile a superficie separandis, adeo ut si planta sudaret.

249. HIBISCUS PALMATUS. (Tab. LXIII. fig. i.)

H. Radice crassa alba fungosa: foliis cordatis, palmato-lobatis, pedunculis nutantibus.

Alcea Bamia Americana parvo flore, petalis rotundioribus. *Pluk. u 6.f. 4.*

Tota planta glaberrima.

Caulis teres, crassus, subherbaceus, perennis, bipedalis.

Folia magna, cordata, palmato-lobata, crenata: superiora triloba, lobis ovatis, subsqualibus, reliqua septemlobata lobis inferioribus brevibus. Stipulæ breves, lanceolato-acutæ, deciduæ.

Flores magni axillares, solitarii, pedunculis floridis nutantibus.

Calyx exterior ex sex foliolis ovatis, pilosis, initio patulis postea conniventibus: interior longior tubulosus, pellicula constans viridi, apice quinque-dentata, rumpendus a corolla explicanda, deciduus.

Corolla concavo-patens trlum pollicum -diametri, petalis subrotundis dilute flavis, unguibus rubescentibus.

Reliqua ut in præcedenti, excepto odore moschato seminum.

*Habitat in America calidioribus. *)• HahuiJZorentem a mense Julio usque ad Sept. Colitur in R. H. P**

*Obs. I. Species quasi media inter H. MAMHIOT et ABELMOSCHVM I foliis enim ad hunc accedit > genitalibus et fructu a MANHIOT mutuatis**

*II. Plan tarn ulterius habeo huic affuam ab H. ABELMOSCHO certè diversam : folia sunt ipsi villosa, atque fades tetra : gemalia ac fructus cum H. PALMATO communia ad quæ tanquam varietatem notandam refero, licet altam viderim primo anno quatuorpedes, et ramosam**

250. HIBISCUS ESCULENTUS. *Lin.* (Tab. LXI. fig. 1.)

H. Caule

H. Caulē herbaceo, crasso, foliis quinquelobatis, crenatis, subpedatis : calycibus utrisque deciduis, fructu corniculato: stigmatibus 5 ad 1 ©

H. Foliis quinquepartito-pedatis, calycibus interioribus lacere rumpenjibus. *Lin. Sp. pi. n. 19. lacq. Obs. i.p. 11 • Burm. Ind. 153.*

Ketmia folio ficus, flore sulphureo > fructu sulcato. Plum. 16.

H. Ficifolius. *Mill. diet. n. 15.*

Alcea Americana annua^ flore albo maximo, fructu pyramidali sulcato. Comm. hort. pag. 37. l. 19. Hai. supp. 518.

Alcea maxima, malv& roses folio, fructu decagono, recto, crassiore, breviorē, esculento. Sloan. lam. 98. hist. 1.p. 22^3-/. 1 3\$.f. 3. Bronn. lam 184./2. 3.*

Ketmia Brasiliensis folio ficus, fructu pyramidato sulcato. Tournef. inst.p. 100. <Okra. jKt?k7z ir. i.p. 109.

Quingambo. Margraf. Bras. 3 l.

*Ketmia corniculata (lore amplo flavescence. * Plum. msi. 4. r. 17.*

*Ketmia indica vitis folio, fructu corniculato *. Tourmf. inst.p. 100.*

Radix albicans, descendens, ramosa.

Caulis erectus, simplex, crassus, herbaceus, sesquipedalis.

Folia alterna, petiolis longiora^ cordata, 5-lobata, lobis latis, oblongis, crenatis : summis petiolis, ac foliorum initio rubris. Scipulx subulate, arcuato-erects, decidus.

Flores axillares > solitarii, pedunculis brevibus; erectis.

Calyx exterior ex 10-11 foliolis lineari-subulacis, ciliatis, cito deciduis: interior ut in pncedenti.

Corolla campanulato-patens, petalis dilute sulphureis» unguibus rubescentibus, apicibus acuminatis.

Stamina pauca per tubi albi superficiem sparsa, parva : antherx minutx, flavo.

Germen ovatum, viride, tomentosum; stylus simplex, albus, apice in trifido laciniis parvas terminatus: stigmata globosa, atro-purpurea, tomentosa.

Fructus : capsula oblonga, tripollicaris, sulcata, tomentosa a apice acumine recurvo terminata j tot continens loculamenta, quot fuerunt stigmata. Semina globosa, cinerea t numerosa.

Habitat in Indiis. O- Habui fioritum nunsibus lulio et Augusto. Colitur in R.H. P.

Observ. Miranda species stigmatum numero ac fructus loculamentis, in quibus adeo varia 3 ut ex eisdem seminibus plantas habuerim, in quorum floribus sex, octo, et novem stigmata numeraverim in eadem etiam planta.

Aliam vidi siccam, cuius habitus ac folia erant omnino eadem cum supra descripta j in qua tamen fructus octo pollices erat longus, corniculatus, apice acutissimus; at quinquelocularis dumtaxat, adquam reduci debent synonyma asterisco notata : et quamquam, fructu inspecto, diversas species constituere mecum ipse reputem, coniunctas relinquo, quoadusque cultura constu num varietates sine aut species diverse.

H. Caule fruticoso; foliis cuneiformi-ovatis, trilobatis, inaequaliter dentatis \ glabris, subcoriaceis : seminibus zond hispida.

H. Foliis cuneiformi-ovatis, superne inciso-serratis, caule arboreo. *Lin. Sp. pi. n. 11. Hort Cliff. § 50. Hort. Ups. x^o. Miller, dict. n. i. & c. apud Lin.*

Kecmia Syriaca. Scop. Carn. ed^o 2. n^o. & 6 j.

* *Alcea arborescens Syriaca. Bauh. pin. 3 16.*

Alcea arborescens. Cam. hort. u 5. 4.

Caulis frutescens, ramosus, 4-5 pedalis.

Folia cuneiformi-ovata, supra trilobata, lobis inaequaliter dentatis, medio longiore, glabra, subcoriacea, petiolis multo longiora. Stipule secatae.

Flores axillares, solitariae.

Calyx exterior ex occo fere foliolis linearibus, longis : interior paulo longior \ basi hemisphaericus, laciniis lanceolatis.

Corolla (variat colore albo, flavo ^ purpureo, violaceo) campanulato-patens \ unguibus angustatis, ciliatis, maculatis \ supra subrotundis.

Stamina : filamenta plurima, alba, parva, per totam cubi superficiem sparsa: antherae albicantes, reniformes.

Germen ovato-acuminatum : stigmata crassa, reniformia.

Fructus calyce maior : estque capsula ovato-acuminata. Semina nigra, reniformia, altero latere acuta, zona villosa cincta.

Habitat in Syria, Carniola. (L.). Habui florantem a mense Augusto usque ad Octobrem Colitur in R. H. P.

Obs. *In hoc colitur etiam frutex nomine HIB. SYRIACUS MULTIPLEX, qui a praecedenti differre videtur fere praesertim multiplici > hab'uu tamen ad ilium accedit.*

is 1. HIBISCUS SABDARIFFA. *Lin.*

H. Caule herbaceo, glaberrimo, rubescente; foliis serratis, inferioribus ovatis; superioribus tripartitis: floribus solitariis, axillaribus, sessilibus.

H, Foliis serratis, inferioribus ovatis, indivisis; superioribus septempartitis; caule inermi; floribus sessilibus. *Lin. sp. pl n^o. 14. lacq. obs. 1. p. 10. Mfll diet. n^o. 9.*

H. Inermis > foliis serratis ^ inferioribus ovatis-integris, superioribus trilobis. *Hort. Cliff. 350. Flor. Ztyl. 161. Roy. lugd. j 50.*

Althxa indicagossypii folio, acetosae sapore. Ray. hist. 1900.

Alcea acetosa indica mitis, foliis superioribus gossypii. in modum tripartitodivisis. Pluk. Aim. 15. tab. 6. f. 1.

Hibiscus inermis foliis serratis, inferioribus indivisis, mediis tripartitis, superioribus quinquepartitis. Roy. lugd. 55.

* *Ketmia gossypii folio, acetosae sapore. Plum. eat. p. 1.*

Ketmia hortensis pallida folio tricuspidato. Plum. mss. 4. l. 24. Surian herb. n^o. 1 38. 14\$. iabdanffa. Lob. p. 6sj. t. 803. Us.

Ketmia indica gossypii folio, acetosa: sapore. Tournef. inst. p. 100.

Radix ramosa, fibrosa, alba, descendens.

Caulis teres, rubescens, glaberrimus ut et tota planta herbaceus, sesquipedalis, ramulis aliquot brevibus.

Folia alterna, petiolis subatqualia, serrata : inflorescentia ovata, indivisa, superior* cuneiformia j supra tripartita, lobis ovatis. Sripula: lanceolata, erecta, rubro-violacea.

Flores axillares , solitarii, sessiles.

Calyx exterior ex duodecim fere foliolis angustis, adpressis, apice coloratis; interior semiquinquepartitus.

Reliqua non a vidi ipse per hanc plantam anteforis expansionem. Colam ice rum, ut et delineate ad vivum passim , c[on] quae desunt descriptioni adnectere.

Habitat in Indis. £)• vulgo OSEILLE DE GUINÉE.

F. Caulis intrmis : foliis profundijissis.

25 j. HIBISCUS VESICARIUS. (Tab. LXIV. fig. 1.)

H. Caudice herbaceo, hispido, urente: foliis subrotundo-crenatis^ indivisis reliquis quinquelobis, obtusis, crenatis : calycibus inflatis.

Ketmia vesicaria africana. Tourn. inst. 1 o 1 ?

Tota planta atro-viridis.

Caules pedales, ramosi, teretes, hispido-pungentes.

Folia ima (at pauca) subrotundo-crenata indivisa, reliqua palmato quinquefidia 5 lobis profundis, obtusis, crenatis. Sripula: lineares, ciliatae.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, pedunculis erectis.

Calyx exterior ex duodecim fere foliolis angustis lanceolatis : interior globosus, inflatus > diaphanus , supra pentagonus, pluribus sulcis (sub 14) rubris.

Corolla campanulato-patens, petalis 5 dilute flavis subrotundis, altera parte pinnatis, macula subrotunda purpurea in ungue notata.

Stamina: filamenta plurima purpurea per totam tubi superficiem sparsa: antherae saturate flavae, subreniformes.

Germen ovatum : stylus simplex: stigmata quinque, globosa, villosa, saturate purpurea.

Fructus intra calycem inflatum , venosus \ estque capsula ovata, nigricans, pilis hirsuta. Semina nigra, reniformia, septem aut octo in unoquoque loculamento.

Habitat in Africa. Q. Habuit florenna a mense julio usque ad Octobrem Colitur in R* H. P_m*

Obs. Fructu ac genitalibus est omnino eadem ac duae sequentes species, a quibus differt foliis quinquelobatis, semifissis > non usque ad petiolum ut in sequentibus observatur.

* 54- HIBISCUS TRIONUM. *tin.* (Tab LXIV, fig. 1.)

H. Caudice herbaceo scabro : foliis tripartitis dentato-serratis : lobo medio longissimo, lanceolato: calycibus inflatis,

H. Foliis tripartitis incisissimis, calycibus inflatis. *Lin. sp. pU n^o. 16. Hon. Ups. 206. Sabb. hort. 'i. t. 55?*

Caulis herbaceus, subrubrus, pilis scaber, inferne ramosissimus, ramis imis diffusis, erectus, quandoque procumbens , bipedalis et amplius.

Folia glaberrima, corclaca, in tres lacinias prxcipuas usque ad petiolum fere partita; laciniis dentato-serratis., media lanceolata, longissima : folia inferiora sunt subrotunda, indivisa, omniumque petioli breves. Stipuke lineares, ⁱⁱⁱ ~~iiii~~.

Flores axillares, solitarii, pedunculatae r. unculis erectis, scabris, rubris, geniculatis, folio brevioribus.

Reliqua ut in precedent!

Habitat in Africa Carnio/a. Q. Habui florentcm, cum pntcedenti Colitur in R.H.P.*

Obs. *Nonnulla* repcriunturfilamenta alba, castrata, fertilibus immixta.*

255. HIBISCUS TERNATUS. (Tab. LXIV. fig. 3.)

H. Caule humili herbaceo : foliis ternatis, calycibus inflatis.

Alcea peregrina solisequa. Lob. p. 656. t. 803.

Caulis humilis, vix pedalis, gracilis, herbaceus, subtomentosus.

Folia alcerua peciolis sub^qualia, in tres lacinias usque ad petiolum partita: laciniis pinnatis, obtusiusculis denticulis aliquot, media paulo longiore. Stipulae lanceolatae, erectae.

Reliqua ut in prxcedentibus, ^t dimidio breviora.

Habitat in Africa septentrionali. V. 5. communicatum a D. de Jussieu.

Obs. *Si pr&cedentis varietas, valde quidem notanda \°. caule humili; 2^o. foliis ternatis, pinnatis; 3^o. petiolis multo longioribus quam in pracedentibus.*

i\$6. HIBISCUS FRATERNUS. *Lin. sup.*

H. Calycibus exterioribus, radiis teretibus j apice mucronato-concavo, foliis trilobis. *Lin. sup. p. \11.*

*Anonyma Merian; Sun*an. u 37.*

Caulis herbaceus, levis, ut et tota planta.

Folia petiolata, profunde trifida \ laciniis serratis, lanceolatis, media maiore : nervo subtus poro glanduloso.

Calyx interior quinquepartitus > angulatus, duplo longior *, laciniis ovato-oblongis, erectis, marginatis, rigidis.

Corolla lutea.

Capsula subglobosa, pubescens, quinquelocularis, quinquevalvis, brevis.

Habitat in Surinamo. C. G. Dalberg.

Plantam non vidi : supertora desumsi ex Lin. loco citato.

% < 7. HIBISCUS MANHIOT. *Lin. (Tab. LXIII. figr 1.)*

H. Foliis palmato-digitatis, septempartitis, caule petiolisque inermibus. *Lin* sp. pi. n. 17. Hon. Cliff, iso. Hon. Ups. 206. Roy. lugd. 358. Mill. diet. n. 4. Sabb. hort. \ t. %&**

Ketmia folio Manhiot serrato flore ati^lo sulphureo. Dill. tlth. 189. t. 15£. f. 189.

Alcea sinica Manhiot stellato folio, capsula longa^ pillosa, pyramidata^quinquefariam divisa. Pluk. Amalth. 7. t. 355. / 2.

Radix crassa, multipartita, albicans, fibnllis aliquot.

[» 7 §]
Caulis teres, viridis, herbaceus (quamquam perennis), scabriusculus, tripedalis.

Folia alterna, petiolis subaequalia, palmato-digitata, laciniis angustis, longissimis, acuminatis > saepe recurvis, parce dentatis, glabris. Stipulae lanceolatae, erectae.

racios axillares, solitarii, pedunculis floridis, declinatis, fructiferis, erectis.

Calyx exterior 5-6-partitus laciniis latis, subovato-acutis : interior ut in HIB. PALMATO.

Corolla dilute sulphurea, patencissima (quatuor pollicum diametri), in fundo concava, atro-purpurea, petalis subrotundis.

Reliqua ut in HIB. PALMATO.

Semina globoso-reniformia, nigra, decem in unoquoque loculamento.

Habitat in Indiis. ¥). *Habui floritum a mensis Augusta usque ad Nov. Colit. in R.H.P.*

Obs. *Fructus teneri edulcis cum saccharo.* D. DOMBEY.

PARS XVI.

DE LACUNAE).

CHARACTER GENERICUS LAGUNAE.

Calyx simplex monophyllus, oblongus, apice quinque acuminibus terminatus, expansione corollae altero latere rumpendus, deciduus.

Corolla, petala quinque oblonga, patentes, basi angustata, tubo staminifero inserta.

Germen ovatum ? Stylus simplex : stigma peltatum.

Reliqua ut in Hispania.

258. LAGUNA ACULEATA. (Tab. LXXI. fig. 1.)

L. Caule aculeato-tomentoso, foliis profunde multipartitis, floribus axillaribus, solitariis.

Caulis teres, tomentosus, aculeis parvis, erectis armatus, nonnihil ramosus, sesquipedalis;

Folia alterna, longe petiolata, petiolis breviora, profundissime partita in tres aut plures lacinias, serrato-dentatas; media productiore: crispa ? Stipulae....

Flores axillares, solitarii, pedunculis brevibus.

(a) In memoriam Andrew Laguna, Medici ac Botanici Hispani seculi XVI. qui et commentatus est et in hispanum sermonem transulit Dioscoridem. Scripsit etiam varia de plantis, tractatusque de peste, et de carunculis urethrae.

Calyx monophyllus, tometitosus, oblongo-ovativ, terminates apice quinque acuminibus breyissimis, ^ubulatis : expansione corollas rumpicur alcero latere usque ad mediam eiusdem longitudinem, deciduus.

Corolla lucea , calyce duplo longior, patens : pecala quinque parum lata, unguibus angustiora.

Stamina : filamenta brevia per tubi integram superficiem sparsa: anthers subrotundac.

Germen ovatum ? Stylus simplex: stigma rubrum, peltatum, vix exertum.

Fructus: capsula oblongo-acuminata, pentagona, tomentosa, quinquelocularis, quinquevalvis : loculis polyspermis. Setnina reniformia, nigra.

Habitat in Coromandel prope Pondicheri: appellatur vernacule CATTACACHEREE.

*V. S. unicum exemplar apud D. de Jussieu, missum olim a D. Courier**

Huius folia sunt resolutiva. COUZIER.[%]

P A R S XVII.

DE CIENFUEGOSIA(a).

CHARACTER GENERICUS CIENFUEGOSI^.

Calyx duplex : exterior-ex duodecim fere setulis minimis: interior ^onophyllus, semiquinquefidus, laciniis acuminatis: ambo persistences.

Corolla, petala quinque, basi angustata, tubo staminifero inserta.

Stamina : filamenta pauca tubi me^Tu^alritudini quasi in verticillum affixa : antheras reniformes.

Germen globosum : stylus simplex, supra incrassatus : stigma clavarum.

Fructus : capsula globoso-acuminata, trilocularis , crivaivis :loculis monospermis. Seniina oblonga.

159. CIENFUEGOSIA DIGIT AT A. (Tab. LXXII. fig. Z.)

C. Caule glabro , ramoso 5 foliis tri-quinquefidis , laciniis oblongis, lanceolatis.

Novum genus hibisco proximum. *Adanson herb. n. 145. apud D. de Jussieu.*

Caulis (ex fragmentis) fruticosus, nonnihil ramosus, pedalis.

Folia alterna distanfia, petiolis longiora, glabra, in tres aut quinque lacinias

(a) In memoriam Bernardi Cienfuegos Botanici Hispani# Casparis Bauh. cofe'tand. Dedit ille plantarum hi«oriam ita numeris omnibus absolutam , ut merito inter Hispanos illius xvi primus omnium connumerari debeat. Synonyma plantarum diligenter cjuksivit, et examinavit 1 sparcium purgans, cc alias quam plarimas Hi&panix stirpcs perfectc ddincavit.

oblongas, sspe integras, usque ad petiolum partita.. Stipuls minimis, car*
noss, subulate.

Calyx exterior setosus, i i-phyllus: interior semiquinquefidus, laciniis acutis,
trinerviis: ad nervorum latera verrucis fuses, numeros, minimis.

Corolla calyce duplo longior (flavam suspicor ex colore viridi in sicco exem-
plari)j petala quinque supra latiora.

Tubus ruber : stamina cum genitalibus et fructu, ut supra in generico cha-
ractere.

*Habitat in Senegal, ubi reprecrit D. Adanson. V. S. communicatam a D. it
Juss'uu.*

P A R S X V I I I .

DE QUARARIBEA. *SUBLET.*

CHARACTER GENERICUS QUARARIBEA ^ .

Calyx simplex 3-4-5 dentatus, quandoque uno latere ad medietatem fissus,
persistens.

Corolla: petala quinque ohlonga, angusta, undulata, calycis fundo (*an melius
basi tubi*) inserta, limbo patente recurvo.

Stamina : tubus cylindraceus, tenuis, longissimus, calycis fundd in ^ tus, an-
theras novem sessiles versus apicem sustinens.

Germen minimum subrotundum : stylus longissimus, tubo vaginatus : stigma
incrassatum, bilobum.

Fructus: capsula coriacea, ovata, bilocularis, loculis monospermis.

Semina ovata, extus convexa, intus plana.

160. *QVARARIBEA GUYANNENSIS.* *AubltU* (Tab. LXXI. fig. 1.)

Q. Caule fruticoso : foliis ovaro-oblongis, integris, mollibus \floribus subaxil-
laribus.

Quararibea Guyannensis. *Aubkt Guy an. pag, 691. et stq. tab. 278.*

Caulis fruticosus ramis rectis ,8-10 pedes alms.

Folia alterna, breviter petiolata, ovato-oblonga, acuta, glabra,inregerrima,
mollia. Stipule bins, decidus.

Flores axillares bini, terni, quaterffi, aut quini > pedunculati j pedunculus flo-
rutn saepius squamulis et glandulis viridibus munitus.

Calyx scaber, sesquipollicaris.

Corolls petala alba, undulata..

Tubus albus, quatuor pollices alms: anthers lutes : super has rnbum terminant
corpora 4-5 glanduloso-acuta viridia: infra illas et per tubi superficiem sparss

I 7 9

sunt glandule plures (*ij* numeravic Aubletius) virides, subrotundse, concave.

Scigma viride, exertum.

Fructus intra calycem sesquipollicaris.

Habitat ad ripas amnis GALIBIS *). Floret et fructificat mense Maio.* AUBLBT.

P A R S X I I

DE PACHIRA. AUBLET. CAROLINEA LIK

CHARACTER GENERICUS PACHIR^.

Calyx monophyllus tubtlosqpfcmp&nitktus, truncatus, apice leviter quinquesinuatus, deciduus.

Corolla : petala quinque longissima, ensiformia, (undo calycis inserca.

Stamina: cubus semipartitus in quindecim lacinias, quarum quilibet filamentis 10-11 longissimis terminatur^ bipartitis, amneriferis : anthers ovacoblons, bivalves a JOO-Jio,

Germen tubo cinctum, pentagonum, angulis obasis : stylus cylindraceus longissimus: stigmata quinque foliacea, oblongo-acuta.

Fructus capsula ovata, sulcata, unilocularis, multivalvis, valvulis coriaceis.

Semina numerosa, crassa, angulata, mutuo sibi incumbentia.

161. PACHIRA AQUATICA. Aublett. (Tab. LXXII, fig. 1.)

P. Caule arboreo : foliis digitatis glabris: floribus axillaribus solitariis 5 pediculis.

Pachira aquatica. Aublet Guy an. p, yx\$. et seq. tab. 191- 291.*

*Carolinea princeps. li*u sup.p. 3 14.*

Xiloxochiti. Flos capillaccus. Hern. Mexic.p. 6t.

Arbor 10 pedes alta, truncus ramosus, cortice cinereo tecto.

Folia alterna, petiolata, petiolis longiora, digitata, foliolis quinque glabris, ovato-oblongis, acuminatis, semipedalibus. Stipulae parvae, deciaux.

Flores axillares, solitariae, breviter pedunculatae.

Calyx pollicaris, basi quinqueglandulosus.

Corolla petala carnea desuper flavescens, subtus virens, semipollicem lata, pedem longa, in tubum adproximata usque ad dimidiam longitudinem, postea patentia, reflexa.

Stamina: tubus sexpollicaris flavescens: filamenta rubra: antherae flavae.

Stylus carnosus, crassus, quapropter tubo vaginatur albus, deinde gracilior, ruber. Stigmata rubra.

Capsula villosa, rufescens > coriacea, quinquepollicaris.

Semina membrana rufescente tecta.

Habitat in Guyanna Surinamo, Mexico, ad ripas fluviorum. f). Floret ac fructificat mense Decembri : appellatur vulgo in Guyanna Cacao tyvestris.*

Obs. *Quare Linnæo discesserim dixi in præfatione.*

Linnæus asseruit calycem huius stirpis esse brevissimum, quod respectu floris intelligendum: atque rectius, mea sententia, genus ille descripsisset ommissa calycis magnitudine; qua in aliis fortasse speciebus nondum cognitae varia reperietur, tuncque generis characteres immutandi. Uno verbo quod constans, quod necessarium est ad genera distinguenda atque constituenda, illud dumtaxat pro characteribus requirendum est.

PARS XX.

DE HUGONIA

CHARACTER GENERICUS HUGONIA.

Calyx coriaceus persistens pentaphyllus, foliolis ovatis concavis, quorum duo exteriora.

Corolla : petala quinque unguibus angusta, basi urceoli affixa, supra latiora, emarginata, patentia.

Stamina : urceolus germen cingens, brevis, apice terminatus in decem filamenta squalia, corolla breviora : anthers subrotundo-compressa?, sulcata, didyma?

Germen globosum: styli quinque sensim incrassati: stigmata capitata.

Fructus: drupa caniosa*, capsulas quinque continens: capsulae in orbem posita, bivalves, uniloculares, monospermas. bemen superiori parti capsulae affixum.

Obs. *Perperam dixit Linnaeus in operibus suis cui titulus GENERA PLANTARUM articulo HUGONIA : Drupa globosa unilocularis j semen, nux striata, globosa.*

161. HUGONIA MYSTAX. tin. (Tab. LXXIII. fig. 1.)

H. Caule fruticoso : foliis ovato-lanceolatis, serratis, glabris, spinis oppositu revolutis.

H. Spinis oppositis revolutis. *Lin. sp. pl. n. r.*

Moderata Canni. Hon. Mai. torn. i. p. 19. t. 19.

La Liane & crochet. Cyp. Mers. herb. Figur.

Egoceras arbor zeylanica, lauri fructu, cortice costum olente. Rai dendn 45.

Mystax frutex baccifer malavaricus, fructu calcitrato, rotundo, monopyreno.

Rai, hist. 1570;

Caulis fruticosus, glaber uti tota planta.

Folia alterna, Ureicer peciolata, subovato-lanceolata, serrata, nervo unico longitudinali protuberante, ex quo plures, arcuati, subparalleli. Scipulx lanceolate, decicW.

Flores in summitate ramorum : pedunculus axillaris, solitarius, crassus, folio longior, nudus usque ad duas aut tres spinas longas revolutas in spiram : hicque ramosus, tres plerumque flores in unoquoque ramulo : flos quilibet pedunculatus, pedunculis geniculatis: ad genicula, quemadmodum ad ramulorum divisionem, stipule dux lanceolate, concave.

Calycis duo exteriora fohola *sum* excus comencoso-ferruginea j reliqua glabra, ea parre excepra que ab illis non regebatur.

Corolla pollicaris, flava.

Fruccus vix ciceris magnitudine. Capsulx quinque, suicatx, subrotundo-triquetra, basi truncate, apice acuminate j lateribus^ quibus semucuo canguntj excavate.

Reliqua ut supra.

Habitat passim in India oriMtali, et in Insula FrancU. J). Vm S. communicatam a D. de Jussieu. Commersonius hanc plantam observavit, atque delineandam curavit. I cones duas viM, quarum altera ramum flondum > alter a frueyferutn sis tit: descriptio vero inter codices amissos reperietur, quos, dolmdum ! frustra qu&sivi.

Obs. I. *In exemplaribus siccis, quemadmodum in Commersonii figura, capitula vidi plurima, clausa, parva, in quibus stigmata et stamina erant extrta, in illis vero ne vel rudimentum corolla. Anfions exsisunt aliqui in hac specie corolla deuituufAn stamina ac stigmata ante corollam multo tempore pro* ddunt?*

II. *Rheedius in huitts plant A descriptions dixit. quod eius radix, qua crassa, lignosa, et intus fusco-rufescens est atque aromatica, inflammationibu* sedandis et tumoribus resolvendis perutilis est, trita, eisque apposita : eadem est eam prasantaneum remedium pro ictu virulento colubrls, &c.*

263. HUGONIA TOMENTOSA. f Tab. LXXIII. fig. 2.)

H. Foliis ovatis, tomentosis, obsolete dentatis, basi angustatis.

Caulis (ex specimine sicco) frutescens saltern, cortice cinereo, variisque fissuris variegato tectus, ramosus, ramis ceneris tomentosus, ut ec tota planta.

Folia alternatim sparsa, breviter petiolata, ovata, trium pblicum iongi, sesquialtera lata, apice subrotunda, basi angustata : cenera obscure denticulata ; verustiora denticulis oblitteratis. Nervi ut in praecedenti. Scipular oblongiis-culx, sxpe bi-trifidæ.

Flores in summis ramis. Pedunculi solitarii, axillares, foliis breviores, nudi, inermes, supra ramosi : flos quilibet pedunculatus, pedunculis geniculatis, stipulatis.

Reliqua ut in precedente; sit urceolus xlona magna, ut germen omnino tegatj

quique apice terminatur decem sinibus e quorum summitatibus filament*.
adsurgunt. Consulatur tabula supra citata.

Fruccum non vidi.

Habitat in insuU Francia. J>. V.S. communicatam a D. Thouin.

Noca. MODIRA-VALLI, *Hon. Malay, torn. 6. p. 87. t. ^fortasse <Z</HUGONIAM referenda**

P A R S X X L

D E M O N S O N I A . ,

CHARACTER GENERICUS JvfoNsoNi>c;

Calyx ovatus, persistens, profundissime partitus in quinque lacinias ovatas;
xquales, apice mucronatas.

Corolla : petala quinque urceoli basi inserta, sensim latiora, apice dentata.

Stamina : urceolus brevissimus germen ringens. in quinque lacinias oblongas
partitus, quarum quaelibet terminatur filamentis tribus antheriferis : antheræ
oblongæ.

Germen pentagonum (dicence LiNNieo.) Stylus conicus, apice partitus in quin-
que filamenta capillaria : stigmata incrassata, subovata.

Fructus₃ iuxta LINNIGUM, capsula pentagona, quinquelocularis. Semina soli-
taria?

264. MONSONIA SPECIOSA. *Lin.* (Tab. LXXIV. fig. i.)

M. Foliis quinatis, foliolis bipinniticis, <^apis radicalibus^ tmifloris.

M. Speciosa. Lin. sp.pL n. in Lin. sup.p. 342.

Geranium folio tenuissime dissecato, flori singulari amplissimo. *Breyn. prodr. 3:*
app. iut. iuf. 1.

Planta vix spithamea, tota villosa.

Corolla dilute caerulea, campanulato-patens : petala quinque, subrotunda biloba, unguibus angustis basi urceolatae (quod commune est ceteris speciebus), striis saturatoribus notata.

Stamina: urceolus brevis, germen cingens, in decem filamenta, aequalia, membra terminatus, corolla breviora : antherae fuses, ovato-compressae.

Germen parvum, subovatum : stylus pyramidalis : stigmata quinque rubra.

Fructus: capsulae quinque, ovatae, monospermae, arista terminatae, quae fructu maturo in spiram versus apicem involvitur.

Habitat in Anglia, Italia. If. V. V Colft, in R. H. P. Floret mense maii**

176 GERANIUM DISSECTUM, *Lin.* (Tab. LXXVUI. f. 2.)

G. Caule villosa, erectiusculo j foliis quinquepartito - trifidis: pedunculis bifloris, folio brevioribus.

G. Pedunculis bifloris ; foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis , Inguicudine calycis / arillis villosis. *Z. J. n. 61.*

G. Pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis, caule glabro, erectiusculo. *Burnt. Ger. i5. Z. Cent. \ p. li. n. 62.*

G. Columbinum maximum, foliis dissectis. *Tournef. inst. z. 6. Lamark, Flort Franf. 6. n. 16. Quer et Ortega , Ftor. Hisp. n. XIV.*

G. Columbinum maius, foliis imis usque ad pediculum divisis. *Moris, his. 1. p. 511. sect. Vaillant, Botan. Pans, u 1 \$f. i.*

Radix perpendicularis , fibrillis innumeris, capillaribus.

Caules ramosi, villosi, erectiusculi, vix pedales, geniculati, geniculis inflatis,

Folia opposita, longe petiolata, subglabra, radicalia, reniformia , in novem laciniis semifida (non usque ad pediculum , ut dixit Vaillant) laciniis trifidis; caulina vero profundissime quinquepartita ^m laciniis sive trifidis, aliquando linearibus, indivisis. Stipulae lanceolatae , acute, rubescentes.

Flores in pedunculis solitariis, alternando-axillaribus, bifloris, folio multobrevioribus: pedunculi partiales, prope calycem valde incrassati: involucrum setosum, tetraphyllum.

Calyx ovatus, villosus , profundissime partitus in quinque laciniis ovatis , apice aristatis. Stria: decem.

Corolla minima , rubescens, calyce minor: petalis emarginatis.

Stamina: filamenta decem in urceolum basi coalita: antherae purpurascens.

Germen minimum : stylus simplex : stigmata quinque.

Fructus calyce patulo, multo minor: capsula quinque villosa, monosperma } arista terminate trium linearum. Semina globosa, cinerea.

Habitat in Europa Australiore. O V ^ passim in agris mensibus maio , iunio et iulio. Colit. in R. H. P.*

Obs. Differt a sequenti praesertim pedunculorum brevitate.

Expl. fig. a Flos integer magnitudine naturali. b Idem auctus.

277 GERANIUM COLUMBINUM. *Lin. (Tab. LXXXII. f. 1.)*

G. Caule procumbente: foliis oppositis palmatis , laciniis pinnatis: pedunculis solitariis , longissimis, bifloris.

G. Pedunculis bifloris, folio longioribus , foliis quinquepartito - multifidis , arillis glabris, calycibus aristatis. *Lin. sp. pi. n. 59. Bur. Get. n. 12.*

(J. Columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis. *Tournef. inst. 16S. f. adlant, Bou Paris. 79. tab. 15. l. 4. Lamarkj Ffore Frang. 671. n. XXW.*

G. Caule procumbente, foliis quinquepartitis, lobis trilobis , lobulis trifidis [^] *Hall. herb. n. 938.*

Caules erecto-decumbentes, teretes ? Banguinei; internodiis nudis, distantibus, pedales et ultra.

Folia opposita, petiolis rubris breviora, profunde partita in quinque laciniis pinnatis, pinnulis linearibus. Stipulae plures trifidae j rubrae.

Flores in pedunculis alternando axillaribus, solitariis j bifloris folio longioribus: ad bifurcationem bractea: > acutae.

Calyx pentagonus, angulis prominentibus, latis; ex quinque foliolis basi subcoalitis, incursum carinatis, arista longa terminatis.

Corolla dilute coerulea, petalis oblongiusculis, calycis fere longitudinis, apicibus orbiculatis, nonnihil praemorsis.

Stamina: filamenta decem basi in urceolum album coalita: antherae totidem, parvae fuscae*

Germen pentagono-globosum: stylus simplex, incrassatus: stigmata purpurascentia*

Fructus intra calycem apertum: capsulae quinque ovatae, glabra, arista vix semiunciali terminate, quae fructu maturo versus apicem involvitur. Semina solitaria, ovata, nigricantia.

Habitat in Helvetia > Gallia, Germania* O ^ V* passim in agris ubi brosis.

Obs. In kerbario D. de Kessicu exstat planta, quam Tournefortius corollam insu descripsit, Geranium orientale columbinum magnis floribus, pediculis longis insidentibus: quae, si superioris varietas, est valde notanda.

'478 GERANIUM INCANUM. Lin* (Tab. LXXXII. § 1.)

G. Caule procumbente; foliis palmatis > subtus incanis \ laciniis pinnato-linearibus; capsulis hirsutis j pedunculis longissimis bifloris.

G. Pedunculis bifloris, calycibus aristatis, petalis integris, arillis hirsutis > foliis subdigitatis, pinnatifidis. Lin. sp. pL n°. 60.

G. Pedunculis subbifloris j foliis palmatis T multipartitis j laciniis pinnato-linearibus, subtus tomentosus. Burm. Gen 16.

G. Africanum tenuifolium, Robertiani divisuris, flore magno striato. Pluk. Vhyu t. it6.f.4?

G. Africanum folio pulsatile, infra argenteo, flore albo. Boerh. lugd. n?. 23.

Caules filiformes, procumbentes, nodosi, nodis incrassatis, distantibus, bipedales et ultra.

Folia opposita, petiolis breviora, subrotundo-palmata, partita in quinque principales lacinias, pinnato-lineares, acutae: desuper saturate viridia, subtus tomento brevi incana. Stipulae plures, multifidae, acutae, marcescentes.

Flowers longissime pedunculati; pedunculis supra bipartitis bifloris (numquam multifloros vidi in plantis vivis): ad bifurcationem bractea duae subulate.

Calyx ex quinque foliolis basi subcoalitis j ovatis, aristatis, glabris: striae decem.

Corolla alba, campanulato-patens, petalis subrotundis, nonnihil emarginatis.

Reliqua ut in praecedenti, at germen et capsulas tomentosae

Habitat ad Caput B. S. J) • Habui floridum a mense iunio usque ad finem augusti Coliturink.H.P.

Obs. Exemplaria Africanae collecta a D. Sonnerat foliorum lacinias habent angustissimas: adeo ut pro varietate reputari queant

Synonymum Plukenetii atque figuram cum dubio ad hanc speciem refero, quia

flores in qq video solitarias. Si vero auctor voluerk meamplantain designare ,'' fatendum erit illius figuram esse pessimam.

279 GERANIUM PUSILLUM. *Lin.* (Tab. LXXXIII. f. t.)

G. Caule herbaceo ramoso: foliis subrotundo-lobatis; lobis trifidis: floribus minimis pencandris, cceruleis

G. Malacoides minus. *Bauh.pin.* 319. n°. 4.

G[^]Columbinum maius, flore minore cceruleo. *VailL Bot. Par.p.* 79. * . 15.

G. Pedunculis bifloris, petalis bifidis, caule prostrato, foliis reniformibus palmatis, laciniis linearibus acutis. *Burm. Gen* 23.

Becdegrue mauvin. *lanurck , Flore Françoise.* 671. n°. XIII,

Radix teres, rubescens, perpendicularis, fibrosa.

Caulis ceres, vix pubescens, subereccus, ratnosus ^amis paculis, pedalis.

Folia radicalia longissime petiolata, subrotunda., novflg^pDis, criparcicis, mollia, villosa: caulina opposita, inxqualia# pedunculis siHequalia, laciniis acutioribus. Scipiils capillares, plures, villosae.

Fiores in pedunculis axillaribus > solicariis, bifloris: pedicelli erecci, dehin deflexo-erecci. Involucrascipulis similia.

Calyx ovacus minimus, profunde parcicus in quinque lacinias , subovacas, villosas , muticas, quarum duse exteriores latiores. Striae decem.

Corolla vix calyce maior, campanula to - hians, petalis dilute cceruleis , bifidis, alternando cum glandulis viridibus.

Stamina: urceolus albus germen cingens, in decem dentes terminacus, quorum quinque alrerni steriles : anthers quinque subovarx, purpurascences.

Germen er stylus ur in pnrcedenti: stigmata ovata in stellam aperta.

Frucus: capsule quinque glabrcX, minimis, globosx, arista trium linearum terminate. Semina solitaria, ovata, nigricantia

Habitavin G alii a. Q. Floret mensibus iunio et iulio. V. V. in R. H. P.

Explicatio figure, a Flos integer magnitudine naturali. b Idem auctus, c Calyx auctus. d Genicalia aucta. e Fructus dehiscens mag. nat.

280 GERANIUM HUMILE. (Tab. LXXXIII. f. 1.)

G. Columbinum humile flore coeruleo minimo. *Rqui stirp. Brltan. p.* 359. tab. 16. f> 2. *L'tn. sp.pl. no. 6\$. adG. pusillum reduc.*

G. Malacoides seu columbinum minimum. *Park* 707. Malacoides foliis dissecris minimum. *Mtrr. P. apud Raiumloco citato.*

Geranium hoc valde exiguum est, duas saltern tresve uncias xquans.

Folia parva. Flos subcceruleus minimus, petalis bifidis, aequalibus, non hiulcul* cis. Ad s*pes habitat elariores, locis minimescerilibus utpro varietate habeq nequear; primo vere observavit D. Dillenius.

Ex Raii opere desumpsi descriptionem et figurant.

Obs. *Plantula h&c, nisi, dtcente Raio, pigmta semper, etiam in terra frtili observaretur* adpr&cedntem reducendafuisset; vetumtamen quum pr&cedenspeda* dalis sit et ultra > hac vero vix duos aut tres pollices attingat ^ divers*prodeunf, eaellam maxime, quod nulfibi hanc ultimam observaverim.*

281 GERANIUM MOILE. *Linn.* (Tab. LXXXIII. f. *)

G. Caule suberecto: foliis orbiculatis, subseptemlobatis, trifidis, obtusis jcaulinis oppositis, superioribus alternis.

G. Pedunculis bifloris, foliisque floralibus alternis j pecalis bifidis, calycibus muticis, caule erecciusculo. *Lin.sp.pl. n° m 57. Burm. Ger. 11.*

G. Columbinum minus, maiori flore, et foliis florum bifidis. *Tournef* inst. 26§. Magn. monsp. Lamarck, Flor. Fran. 671. n°. XVII Querc a Onega, Flora Hisp. XUL*

Pes columbinus. *Dodon. pemp. 61 figurat.*

G. Foliis mollissimis, hirsutis, reniformibus, semiquinquefidis \ lobis semitriparcicis obtusis. *Hall. Hclv. no. 939.*

G. Columbinum villosum, petalis bifidis purpureis. *VailLBou P. 79. t. 15 f **

Caules ex radice rubente prodeunt proscrao-erecci, graciles, vix pedales, valde villosi ut et tota planca.

Polia radicalia numerosa, longissime petiolata > stipulis latis, acuminatis > squamosis, marcescencibus scipaca : caulina inicio opposita, superiora alcerna; omnia orbiculata, profunaeque fissa in 7*8 9. lobos trifidos obtusos. Stipule caulinx sarpius bifide.

Flores axillares ubi folia opposita; at ubi alterna oppositifolii, pedunculis ereccis, longis } supra bifurcatis > bifloris j involucrum ex squamulis brevibus marcescencibus.

Calyx ovatus, villosissimus, ex quinque foliolis basi subcoalicis muticis.

Corolla purpurascens, calyce maior, pacens: petalis emarginatis.

Stamina: filamenca dec^m brevif in urceolum basi coacta : anthero: cotidem violacene.

Germengloboso-scriatum; stylus incrassatus: stigmata quinque.

Fructus intra calycem. Capsula ovata:, arista duarum linearum terminate. Semina ovata.

Habitat passim in Europa ad plateas et agros V. V* prope Montmorenci, Flora maio. O Colitur in R. H. P.*

181 GERANIUM PYRENAICUM. *Tournef.* (Tab. LXXIX. f. i.)

G. Caule herbaceo villosa : foliis oppositis subpeltatis orbiculatis j lobis trifidis obtusis: corollis purpureo-violaceis

G. Columbinum pyrenaicum perenne maximum. *Tournef. inst. i(JS. Isnard herh Lamarck, Flore Franç. 671. n°. XVIII*

G. Pedunculis bifloris \ foliis multifidis \ laciniis obtusis, inxqualibus: petalis bifidis. *Burm. Ger.n°. if.*

Caules herbacei, annui, sesquipedales, ramosi, villosi.

Folia radicalia numerosa, petiolis \$ xpe pedibus sustentata; subpeltata, orbiculata, in septem lacinias, trifidas, obtusas, partita \ superiora opposita quinquepartita. Scipulcc purpurascens, laciniatce, marcescentes.

Florum pedunculi alterni, axillares > biflori, initio erecci, dehinc horizontales usque ad bifurcationem, ubi pecucelli fructiferi arcuaatur ut fructus coelum

~~specul.~~

Calyx ovatus, profundissime partitus in quinque foliola ovato-acuminata.
Corolla calyce dupla, semipollicaris, dilute coerulea aut purpureo-violacea, patentissima; petalis bifidis. Glandule quinque

Stamina : urceolus germen cingens in decem filamenta brevia terminatus. Anthe totidem, fuses, ovato-compressa».

Germen minimum: stylus viridis: stigmata rubra revoluta.

Fructus : capsule quinque monospermoe, ovatae, sutura dorsali prominente circa pyramidem! et intra cellulas positis, terminate arista semipollicari.

Habitat in Gallia meridionali Ip. Habui floridum a mense maio usque ad septemb.

Nota. Si Untio pressi Linnai synonymiam, quia diversa est a vtra planta, quant veteres Tournefortius, Isnardus, et alii benemuldi tradidere : adfuec, ipse Linnæus dixit cuiusmodi G. PYAENAICVM cum quinque aliis speciebus, ALCEOIDE scilicet CORIANDRIFOLIO, MYRRHIFOLIO, AURITO, atque PUSILLO, aut non sufficient*, r examinatum fuisse, aut ex specirninibus imperfectis. Quate si flores pentandros dixit, aut Geranium pusillum cum pyrenaico confudit; aut, Gerardi auctoritati ctdens, a veritate recessit.*

Obs. D. de Lamarck stamina fertilia quinque dumtaxat dixit; ego vero decent semper reperi, Planta prostrata in l?. // P. quotannis, atque pluribus mensibus floret, quæ potest consul!, ut quæstio, si ulla est, dissolvatur.

Explicatio figurac. d Fructus. f Idem dehiscens. e Idem accu& cum quinque cellulis in quibus erant capsulae ante perfectam maturitatem. g Semen.

285. GERANIUM CINEREUM. (Tab. LXXXIJ. § 1.)

G. Radice crassa: foliis orbiculatis profunde quinquelobis cinereis; radicalibus longissime petiolatis, caulinis oppositis: (lore magno variegato.

G. Pyrenaicum, foliis cineraceis, radice crassa j magno flore variegato. *Tournef. insu 167. Isnard herb.*

Radix crassa, longa, apice stipulis quasi squamosa.

Caulis herbaceus, vix pedalis, duabus foliorum oppositionibus.

Folia cinerea : radicalia numerosa, orbiculata, profunde quinqueloba, lobis trifidis obtusis, sustentata longissimis petiolis: caulina opposita lobis saepe integris ovatis. Stipulae ovato lanceolatae.

Florum pedunculi axillares et terminales, folio longiores, parte superior! bifidi, biflores: ad bifurcationem stipulae saepe quatuor, longas, acutae.

Calyx ovatus, tomentosus, ex quinque foliolis ovatis aristatis.

Corolla magna, patens, carnea, lineis purpureis variegata \ petalis bifidis.

Stamina ac reliqua in G. sanguineo, 11". 268

Capsulae villosae, monospermae: arista pollicaris.

Habitat in montosis Gallia meridionalis. Ip V. S. in herb, d! Isnard a de Jussieu.

184. GERANIUM LUPINOIDES. *Burman.*

G Calycibus monophyllis j foliis orbiculatis, incisissimis, tomentosissimis, linearibus^ radice tuberosa. *Buntu Ge n°+6\$.*

G 5 I

G. iEthiopicum parvum, flore magno candicante, lupini foliis argenteo-serfceis
Pluck, mantiss. Rai hist. \$.p. 5 1 z. n°. 21.

Planta tuberosa , pusilla , acaulos.

Folia ex radice , peciolis longissimis donata, orbiculata, mulcipartita , quorum lacinix lineares, tomentosae, splendences.

Florum pedunculi bini ex radice centroj superius bifidi, peciolis duplo longiores.

Corolla alba magna.

Rostrum breve.

Haec plantula in plurimis convenit cum G. argeiireo. Pluck, phyt. t. 6.f. 3, Habitat ad Caput Bones, SpeL

Obs. Qua de hac specie dicta sum , ex Nicolai Laurentii Burmani opere vtre aureo transcripsi. Plantam nullibi vidi; quoniam vero laudatus auctor earn a G. argenteo separat, ut diversam et ego trado. Utinam et Me uberius explicasset quA ad corolla figuram spectant I scilicet numregularis sit, aut irregularis ; anpetala bifida aut integra ; quot antherae , quaque capsularum figura, atque aristarum contortie: propter similitudinem denique cum G* argenteo hoc pracedit.

285. GERANIUM ARGENTEUM. Linn. (Tab. LXXVII.f. j.)

G. Radice crassa: foliis subpelcatis, 5-7 parciis , laciniis trifidis , tomentoso-sericeis: scapis bifloris.

G. Pedunculis trifloris, foliis subpelcatis, septempartitis, trifidis, tomentoso-sericeis, pecalis emarginatis. Lin. sp.pl. n°. 52. Burnt. Oer. 8.

G. j Argenteum alpinum. Bauh. pin. jiS. Tournej. inst. 267. Lamarck. 6ji, no. XXIJT.

G. Argenteum moncis BaldL /. Bauh. hist. \$.p* 474. Pluk. 1.18^./j.

Geranio Alpino. G/ov. Ponna mom. Bald. p. 60\figp

G. Argenteum alpinum longius radicacum.' Seguier* Ver. torn. 1. ^ .471. Tab, 10.

Radix semipedalis, crassa, intus alba, exens cinereo nigra, quae partesuperiore in aliquot quasi ramulos parciur squamosos stipularum exsiccatione.

Caulis nullus.

Folia radicalia (raro in scapis) nunc breviter nunc longe petiolata, subpeltata , in 5, 6 , aut septem lacinias trifidas profunde partita, tomentoso - sericea , splendentia: scipulce lanceolatoacutse.

Flores in scapis radicalibus, folio longioribus, bifloris: ad bifurcatipnem involucrum pentaphyllum.

Calyx profunde partitas in quinque lacinias acutas.

Corolla pallide rubens , sriis purpureis notata , patens , petalis emarginatis.

Stamina: filamenta decem antnerifera»basi in urceolum coalita: antnerse luteae (vena obscuracircumscripax , dixit Seguier.)

Germen globoA-pentagonum : stylus simplex, stigmata quinque.

Fructus intra calycem: capsuke quinque, arista pollican terminate.

Habitat in pnrupis et saxosis montis Baldi. ^ Floret mense iulio* V. S, com* municatum a D. Thouin.

Observ. *Seguitrius dlxh* stylos quinque , qui pro stigmatibus eerie reputandi sunt.

186 GERANIUM BOHEMICUM. *Linn.* (Tab, LXXXI. f. i.)

G. Caule villosa viscoso: foliis oppositis, rugosis, glaucis, viscosis \ filamentis ciliatis.

G. Pedunculis bifloris, petalis emarginatis, arillis hirtis, cotyledonibus trifidis , medio truncate *Lin. sp.pl. n°.* 54. *Ammitat. Academ.* 4. p. 5x5. *Burm. Ger.* 14.

G. Batrachioides bohemicum, capsulis nigris, hirsutis. *Dill. elth.* 159. u 13j. f. \ 60.

G. Annuum batrachioides bohemicum purpureo-violaceum. *Morison hist. sect.* 5. *Tab.* 1 \$j!g. i. *Tournef. inst.* 167.

G. Bohemicum batrachioides annuura. *Rai hist.* IC^J.

Tota planta pilosa est atque viscosa, nonnihil glauca.

Caulis teres, ramosus, dichotomus \ ad dichotomiam incrassatus, pedalis.

Folia opposita, petiolis breviora, glauca, rugosa, quinque-lobata lobis dentatis, subtus prorsertim viscosa: stipule hinc , acuminate.

Flores alternatim axillares, pedunculis solitariis, folio longioribus, bifloris. Involucrum ex quatuor foliolis lanceolato-acutis.

Calyx ovatus, pentaphyllus j foliolis ovatis, aristatis , arista rubra nonnihil recurva. Scias decem.

Corolla intus saturate coccinea, extrus dilute et ad album folorem accedens, campanula tó patens, calyce duplo maior j petalis emarginatis, atque lineis saturatioribus ornatis.

Stamina: filamenta decem subulata, ciliata, basi in urceolum coalita: antheris totidem, flavescens.

Germen pentagonum: stylus pyramidalis, pilosus , innumeris tuberculis minimis, kermesinis , pedicellatis , onustus. Stigmata quinque in stellam aperta , flavescens.

Fructus : capsulae quinque monospermae , hirsutae, nigricantes

Habitat in Bohemia. @. V. V. Floret mense iunio. Colitur in R. H. P.

Obs. *Linn&us dixit huius planta cotyledones esse trifidos, medio lobo truncato ut in foliis Liriodendri*

x%7 GERANIUM CAROLINIANUM. *Linn.* (Tab. CXXIV. f. 2.)

G. Caule herbaceo dichotomo \ geniculis inflatis rubescentibus : foliis oppositis , quinquepartitis , trifidis: corollis parvis : capsulis nigris hirsutis.

a G. Caule erecto herbaceo: foliis oppositis quinquepartitis, trifidis: floribus corymbosis; pericarpis hirsutis. (Tab. LXXXIV. f. 1.)

G. Pedunculis bifloris, calycibus aristatis 5 foliis multifidis J arillis hirsutis, petalis emarginatis. *Lin. Sp. pi. n°.* 58. *Burm. Ger.* 24.

G. Columbinum Carolinum , capsulis nigris hirsutis. *Dill. hort. Elth.* 161. i.

Ex eadem radice fibrosa caules prodeunt pedales, herbacei, initio erecti, deinde

C²⁷]

declinati, valde ramosi; ica ut planta, quae villosa est, tortuosa liat. Genicula sunt inflata rubentia.

Folia opposita, petiolis saepius breviora, profunde partita in quinque lacinas trifidas. Stipulae utrimque binae, lanceolatae, rubentes, marcescentes.

Florum pedunculi axillares, longiusculi > erecti, bifurcati: in bifurcatione stipulae saepe quatuor, breves: pedicelli vix crum linearum.

Calyx pentagonus angulis prominentibus, ex quinque foliolis ovatis, intus glabris, carinatis, ciliatis, aristatis: quorum aristae terminantur glandula rubra & fructifer ruber. Striae quindecim.

Corolla calyce paulo maior, alba, petalis emarginatis, tribusque striis dilutissime carneis notatis. Glandulae quinque virides.

Staminum urceolus viridis, decempartitus & filamenta brevia: antherae decem rotundato-compressae, dilute flavae.

Germen parvum: stigmata incrassata in stellam patenta.

Fructus: capsulae quinque, ovatae nigrae, hirsutae, aristae brevi terminate quae in spiram involvitur versus apicem.

Habitat in Carolina, Virginia Octobris Habundantibus mensibus maio et iunio. Colitur in R. H. P.

I. Obs. *Quamquam ex eisdem seminibus duas plantas habuerim > adeo facie diversas observavi ut open pretium duxerim utrasque discernere; idque notandum varietatem a, floribus scilicet corymbosis, petala habere vix emarginata, caulem erectum semipedalem, cuiusque articulationes vix inaequales.*

II. *Dillenius dixit huius speciei flores esse carni coloris: ego albos vidi. Burmanus etiam huc referat Geranium Africanum, folio eleganter crenato, flore rubro. Boerh. Lugd. i. p. 166. n^o. 63. cuius folia dixit tenuius ac profundius dissecta, quod in meis plantis haud video.*

Explicatio fig. I. tab. 84. a Calyx expansus. b Corolla, c Petalum. d Genitalia aucta./Fructus dehiscens.

188. GERANIUM STRIATUM. *Lin.* (Tab. LXXIX. fig. 1.)

G. Caule herbaceo decumbente: foliis quinquelobis & lobis dentatis, mediolateralibus petalis bilobis, venoso-reticulatis.

G. Pedunculis bifloris, foliis quinquelobis, lobis medio dilatatis, petalis bilobis venoso-reticulatis. *Lin. Sp. pl. n^o. 48. Amoen. Acad. 4. p. 182. Burm. Ger. n^o. 6.*

G. Romanum versicolor sive striatum. *Parkins. Parad. p. 219. f. 7. Moris, hist. sect. 5. t. 6. f. 24. mala. Tournef. inst. 167.*

G. Foliis septilobatis, rugosis, acute dentatis & petalis venosis, emarginatis. *Haller. Hdv. n^o. §6.*

Caules teretes, rubescentes > villosi, pedales, decumbentes.

Folia opposita, longe petiolata, subquiquelobata, inaequaliter dentata, lobis medio dilatatis: desuper nitida, leto-viridia, subvillosa; subtus dilutiora, nervis prominentibus, quandoque maculis fuscis ad sinus lobi intermedii, Stipulae singulos petiolos binas, angustae, acutae, marcescentes.

Calyx ovatus, profundissime partitus in quinque foliola oblonga; concava & cupide setosa terminata. Stamina decem.

Corolla campanulato-patens: petala biloba, albidmtia, venis reticulatis purpurascentibus notata : unguis angustissimi, inter glandulas virides.

Scamina: filamenta decem alba, alternatim longiora , basi in urceolum coalita: antherx eodem oblongs, versatiles, dilute caeruleae.

Germen ovato - acuminatum , glabrum : stylus simplex pyramidatus : stigmata quinque.

Fructus: capsulae quinque ovatae, subvillosae, arista plana imberbi terminate , calyx fructu maturo versus apicem involvitur, more congenerum. Semina solitaria , fusca, glabra, ovata.

Habitat in Italia. Habuit floridum mensibus maio et iunio. Cot. in R. H. P.

Explicatio fig. a Calyx apertus cum genitalibus. b Corolla cum eisdem genie, e Fructus dehiscens situ et magnitudine naturali.

189. GERANIUM NODOSUM. *Linn.* (Tab. LXXX, fig. 1.)

G. Caule tetragono rubescente erecto: foliis 3-5lobis dentatis, desuper scabris , subtus lucidis \ petalis striatis.

f G. Pedunculis bifloris, petalis emarginatis j foliis caulinis trilobis , integris, serratis, subtus lucidis. *Lin. Sp. pi. n.º. 47.*

G. Pedunculis bifloris, foliis caulinis trilobis, integris > serratis: summis subsessilibus. *Lin. Hon. Clif. 343. n.º. 1. Burm. Ger. n.º. 8.*

G. Nodosum. *Bauh. pin. 318. Tournef. inst. 167. Clus. hist. 1. p. Cl. fig. Moris. sect. 5. t. 16. f. iz. Lamarck , Flore Franc. 671. n.º. XXI.*

Caules tetragoni, glaberrimi, duriusculi, dichotomi, ad dichotomize basim incrassati, pedales.

Folia radicalia longissime petiolata, petiolis erectis subtetragonis fere pedaliibus , quinquelobata , lobis latis , acutis , dentato-crenatis, desuper scabra , subtus glaberrima , lucida; caulina opposita , superiora sessilia , atque omnia triloba, lobo medio productiore. Stipulae lanceolatae, acutae . erects.

Flores in pedunculis longis, axillaribus, bifloris : involucrum tetraphyllum, foliolis lineari-acutis.

Calyx ovatus, foliolis quinque ovatis , aristatis. Scix decem.

Corolla dilute incarnata , patens, unguibus albicantibus > petalis bifidis , striis tribus rubescentibus longitudinalibus.

Stamina: filamenta decem , corolla breviora, basi coalita in urceolum album. Ant. hirsutis totidem cceruleis.

Germen ac reliqua ut in precedenti; at capsulae glabrae.

Habitat in De/phinatu. If, Habuit floridum mensibus maio, iunio et iulio. Fructurn sis tit tribus quamproximo elapsis hebdomadibus j quod in reliquis fere omnibus observatur. Coliu in R, H. P.

Obs. D-ffen a prtcc Jenti petalis striatis > neque reticulatis: foliis saturate viridibus, nee glaucis : cjule tetragono erecto.

Pttala saepe nedum bifida sunt, sed etiam crenata.

190. GERANIUM REFLEXUM. *Lin.* (Tab. LXXXI. -fig. 1.)

G. Caule herbaceo : foliis alternis 5-7-lobatis¹, acutis: peralis reflexis, laciniatis, basi inter se hiantibus: calycibus muticis.

G. Pedunculis bifloris, foliisque alternis j petalis reflexis, laciniatis longitudine calycis mutici. *Lin. Sp. p^f. n^{*}. 46.*

G. Foliis rugosis₃ hirsutis, semiseptemlobis, lobis dentatis, petalis serratis acuminatis. *Hall. Hrfv. ri^{*}. 9 j 4,*

Caulis teres, herbaceus, dichotomus, pedalis, villosus, nodis rubris incrassatis.

Folia alterna: inferiora petiolis longiora, superiora subsessilia, in quinque 211c sepcem lobos crenatos, acutos partita, villosa, mollia, nonnihil rugosa. Sripulve lanceolate, reflexx, transparentes, marcescentes.

Florum pedunculi oppositifolii, sblitarii, supra bipartiti, biflori; a dichoromia cernui, ibique involucrum tetraphyllum, foliolis lanceolatis marcescentibus.

Calyx ovatus, villosus, monophyllus, muticus, profunde partitus in quinque roliola ovata.

Corolla ex quinque petalis rubris, incisis, basi reflexis, hiantibus, albis: secundo post expansionem die reflexo-patulis. Glandule quinque mellifluae haemiphricj, glauco-virides.^N

Stamina: filamenta decem subulata % lqnea»apice ruhra, basi alba in lutculum coalita; antienX OvaOCCmpGSSK, filVits, margine rubence,

Germen pentagonum villis albis obduccum; stylus incrassatus, glaber, viridis: stigmata reflexa.

Fructus: capsule quinque ortfx monospermx: arista pollicaris.

Habitat in Italia, lfi. V. V. in R. H. P. Floret mensibus maio, iunio U iulio.

Explicatio fig. a Flos integer.

291. GERANIUM IBERICUM. (Tab. CXXIV. fig. 1.)

G. Caule herbaceo, dichotomo, villosa: foliis oppositis, quinquepartitis, incisis, petalis trilobis, medio brevioribus cuspidate.

G. Ibericum batrachioides, minoribus foliis, maximo flore. *Tournef. coroLp. 10. Figuratum ab ipso ^figura inedita.*

Caulis herbaceus, dichotomus; internodis longissimis, aphyllis, bipedalis.

Folia opposita, inferiora longissime petiolata, 5-ylobata, lobis profundis, acutis, dentato-incisis j ttipulg lanceolate, acutis, longis, utrimque dux aut tres.

Florum pedunculus simplex, axillaris, foliis longior.

Calyx ovatus, ex quinque foliis item ovatis compositus, arista terminatis.

Corolla sesquipollicaris, patens: petalis venoso-ramosis, apice trilobis, lacina media brevioribus > cuspidata: lateralibus rotundatis.

Stamina corollá dimidio breviora (sex video in Tournefortii figura, verumtamen decem suspicor.) Anthers oblongac.

Habitat in Orients Fidi figuratum a Tourneforti OyAjpuDD. de Jussicu.

B. Pttala Integra.

192. GERANIUM PH<EUM. *Lin.* (Tab. LXXXIX. fig. 1.)

G. Caule herbaceo erecco: fblis alterhis hirsutis, palmato-quinquelobis, dentatis, incis: floribus subspicatis, calycibus mucronacis.

G. Fuscum pedunculis bifloris oppositifoliis, geminis, caule patulo, petalis inregerrimis. *Lin. Sp. pi. n^o. 45.*

G. Pedunculis solitariis oppositifoliis, calycibus subaristatis, caule erecco, petalis undulacis. *Lin. Sp. pL 44.*

G. Pedunculis bifloris, foliisque alternis, calycibus subaristatis, caule erecco. *Burm. Ger. n^o 4 11.*

G. Phoeum sive fuscum pecalis reflexis. *Tourmf, inst. 26 7. Lamarck, Flore Franc. n^o. VIII Moris, tab. 16. f 18.*

G. PhoBum seu fuscum pecalis rectis, seu plants. *Tournef. inst. ubi supra.*

Geranium I. pullo flore. *Clus. p. XCIX.*

G. PhoBium flore reflexo. *l. Bauh. 3. 477.*

Caulis ereccus, aliquando divisus, villosus, pedalis, et amplius.

Folia petiolata, superiora subsessilia, omniaque mollia, villosa, rugosa, subpelcaca, quinqueloba, lobis dencacis incis. Scipulse lanceolate marcescentes.

Florum pedunculi longi, oppositifoli, biflori, raro bini uniflori: formances veltiri spicam laxam.

Calyx villosus, ovatus, profunde partitus in quinque foliola ariscaca.

Corolla arro-rabens, reflexa, aliquando patens, pecalis orbiculato-mucrotiatis.

Reliqua ut in pracedenti.

Habitat in Europa Austral. Ifi. V. S. in variis kerbariis.*

Obs. I. *H&c species valde affinis est prtdcedenti, a qua differ* calycibus aristatis, cOTollis a:ris, atque petalis minime laciniatis.*

11. G. Ph<zum et fuscum Llnncei in unum coniungo, ipso innucnts, turn eliam quia in htrbario Isnardi speciem vidi in quo pedunculi exstant et solitaru bijlori, et bini uniflori.

293. GERANIUM PRATENSE. *Lin.* (Tab. LXXXVII. f. 1.)

G. Caule herbaceo erecco: foliis oppositis, subpelcacis, multipartitis, rugosis: lobis pinnacis, acucis.

G. Pedunculis bifloris, foliis subpelcatis multipartitis, rugosis, acucis, petalis integris. *Lin. Sp. pl. n^o. 11.*

G. Pedunculis bifloris, foliis elcatis, multipartitis, rugosis; pinnato-laciniatis, acucis. *Burm. Ger. 16 Ho~t. Cliff. 344.*

G. Bacrachiodes, Gracia Dei Germanorum. *Bah. pin. 318. Tournef. ins. 267. Lamarck * Flore Franc. 671. n^o. 9. Quer a Ortega >tlor. Hisp. p. 161. 72*. 5.*

Caules erecci, subglabri, angulosi, ramosi, pedales et amplius.

Folia inferiora longe peciolaca, superiora subsessilia, omniaque subpelrara,

desuper viridia , subtus albicantia , profunde multipartita , lobis pinnatis > acutis. Stipula? ucrimque biue , acutae, marcescentes.

Florum pedunculi axillares, solitarii, erecti, bifidi j pedicelli semipollicares , uniflorij ad cuius orcum quatuor foliola acuca.

Calyx ovatus, villosus, ex quinque foliolis ovato-oblongis , aristatis. Striae decem.

Corolla calyce multo maior, patens , ex quinque petalis albicantibus , venis violaceis variegatis, apice orbiculato-mucronatis.

Staminum urceolus albus , in decem filamenta partitus , corollâ breviora. Anthera totidem oblongne, coeruleas. Glandule virides.

Germen pentagonum: stylus viridis pyramidalis : stigmata carnea.

Fructus ut in annibus.

Habitat in pratis ac locis humidis Angliæ Galilee. y &c.ip. Habui floridum a mense aprili usque ad aug. Colitur in R. H. P.

Obs. *Hanc sptcicm semper observavi in hortis flore albo, in herbariis albo et caruleo.*

294. GERANIUM PALUSTRE. *Lin.* (Tab. LXXXVII. fig. 1.)

G. Caule herbaceo villosus : foliis oppositis, villosis, quinquelobis, incisus : pedunculis longissimis, declinatis.

G. Pedunculis bifloris, longissimis, declinatis; foliis quinquelobis , incisus; petalis integerrimis. *Lin. Sp.pL n^o. 50. Burnt. Ger. n^o. 13.*

G. fiatrachioides palustre, flore sanguineo Hoffman. *Dill. hort. Elth. 160. u 134./.* 1^1.

G. Ranunculi pratensis folio, flore rubente striato. *Isnard hen*
Tota planta villosa.

Radix nodosa , -fusca, intus rubescens.

Caules erecti, ramis divaricatis, plusquam pedales.

Folia opposita, subrugosa, cordata , profunde quinquelobata , lobis incisus.

Stipulæ lanceolate, rubescentes , utrumque bins.

Florum pedunculi axillares longissimi: involucrum ex quatuor foliolis acutis ; pedicelli duo uniflori, sesquipollicares, ante floris expansionem recurvi, fructiferi declinato-erecti.

Calyx ex quinque foliolis striatis, ovato-acutis, aristatis.

Corolla calyce maior, patens, rubro-purpurea, venis saturatoribus; petalis rotundatis^ integerrimis.

Reliqua ut in pncedenti.

Habitat in Russia , Germania. Tfi. V. S. exemplar optimum in herbario Isnardû

195. GERANIUM BATRACHIOIDES. (Tab. LXXXV. fig. 1.)

G. Caule herbaceo, erecto , dichotomo: foliis oppositis, quinque partitis , incisus : floribus ceruleis magnis J calycibus inflatis.

Caulis herbaceus, teres, dichotomus , villosus, pedalis, erectus.

Folia opposita, longe petiolata, profunde partis in quinquelaciniis inciso-pinnatimdas , lecte-viridia villosa. Stipulae longx, acuminatæ, utrimque bins.

Flores in summicace caulium; subcernui: involucreum terraphyllum.
 Calyx ovatus, poscea inflatus -, lacimis ovatis, ariscacis, scriatis.
 Corolla magna patens, caeruleo-purpurea; glandule virides.
 Scaminum urceolus piriformis, in decem filamenta partitus purpureo-albicaii*
 cia, arcuato-declinata.
 Germen orbicalato - pentagonum: stylus ruber > longus, declinatus; stigmata
 recurva
 Fructus: capsulas quinque glabres, ovatas, monospermae: arista pollicaris. Semi-
 na cinerea.
Habitat in Alpibus. V. V in R. H. P. Floret mease maio.*
 Obs. Si ex auctorum descriptionibus iudicandum est de *Geranio sylvatico* Lin*
 n?. 49. ab hoc *Batrachioide* unice differre videtur petalis emarginatis. Ego, ut
 verum fatear ^numquam vidi vivum G*sylvaticum Lin. hoc vero *batrachioide*
 sapienslmc: quart Mud in prdsentiarum omitto, ne species fortasse immerito
 multiplicem; de ipso tamen aliquando dicam quum vivum scilicet examinare
 atque cum ceteris comparare poterit.
 Expl. fig. d Capitulum floris. e Fructus./Idem debiscens. g Semen, h Capsula
 cum arista.

2) 6 GERANIUM MACRORHIZUM. Lin.(Tab. LXXXV.f. 1.)

G. Foliis oppositis quinquelobatis: calycibus InAatls, spK«erics, rubris: pistillo
 declinato, longissimo.
 G. Pedunculis bifloris, calycibus inflatis, petalis inregris, pistillo longissimo y
 scapo dicotomo. Lin. Sp. pl.n^o. 4;
 G. Pedunculis bifloris, calycibus inflatis, pistillo longissimo. Hon. Cliff. 34 ^
 12^o. 4. Burnt* Ger. n^o. 10.
 G. *Batrachioides odoratum*. Bauh.pin. ; 18» Tournef. inst. 167. Moris, hist. 2-
 sect. 5. tab. 16. f. 1 5.
 G. *Batrachioides longius radicans*, odoratum. l. Bauh. hist. }. /; . 477•
 G. *Batrachioides alterum*, longius radicans. Lobcl 660» \$76.
 G. *Batrachioides alterum*. Dod.pempup. Gt.fig*
 G. *Macrorhizum*. lacq. Miscel. vol. \$.f. 134*
 Caules pedales, dichotomi.
 Folia mollia, radicalia numerosa, petiolis longis, crassis, erectis \ subrotundo«
 septemlobata, lobis incisis, subrotundis: caulina opposita, breviter petio*
 lata, cordata, quinquelobata. Stipule breves, basi lat^e.
 Flores in dichotomiis pedunculis bifloris T rubescentibus.
 Calyx globosus, ruber, inflatus, profundissime parcius in quinque foliola ovata,
 stiiata, aristata: exteriora latiora.
 Corolla violaceo-rubra, patens -y petalis orbiculatis: glandulas globosae, virides.
 Stamina: filamenta decem, saturate incarnata, basi incrassata, atque in urceoJ
 lum album, brevem coalita. Anthers incarnatae; ovatae.
 Germen viride, pentagonum: stylus longus, purpureus, declinatus: stigmata
 crassiuscula, revoluta.
 Fructus: capsulae quinque ovatae ^ labrx^ dorso insculptae, arista semiunciali
 terminate, quae in spiram involvitur versus apicem.
 Semina solitaria, ovata*

*Habitat In Italia. Ip. Habuifloridum a mense maio usque ad august urn. Colittr
in R.H.P.*

Explicatio tab. *a* Stamen cum anthera, *b* Genicalia glandulis stipata. *c* Petalum.
F Folium inferius.

197. GERANIUM MACULATUM. *Lin.* (Tab.LXXXVI. fig. 1.)

G. Caule erecto herbaceo: foliis oppositis, quinquepartitis, incis, summis sessilibus; petalis inregerrimis, rotundatis.

G. Pedunculis bifloris, caule dichotomo erecto, foliis quinquepartitis incis : summis sessilibus. *Lin. Sp. pi. n° 53. Burm. Ger. 17.*

G. Batrachioides Americanum maculatum, floribus obsolete coeruleis. *Dill* hort. Elth. 1 § 8. t. 15 2./ 15 9.*

Radix crassa, ec caulis teres erectus dichotomus > internodis longis, nudis, pedalis ec ultra.

Folia radicalia longissime petiolata, sepcempartita, lobis medio latioribus, incis, acutis, nonnihil canaliculatis, tandem revolutis maculis flavescentibus : caulina opposita, sensimque brevius petiolata : superiora sessilia. Stipulae membranaceae, obtuss.

Flores in pedunculis longis, solitatis, axillaribus, bifloris : involucrum tetrafidum.

Calyx ovatus, quinquepartitus, laciniis ovato-acutis, aristatis.

Corolla dilute ccerulea; patentissimaj pollicaris, petalis subrotundis, integerrimis; unguibus utrimque pilosis j basi urceoli affixis inter totidem glandulas.

Stamina : filamenta decem subulata, corollam diinidio breviora, in urceoluiir album basi coalita : antherae decem ovatae, compressae, sulcatas, albicantes, versatiles.

Germen pentagonum, stylus viridis pyramidalis, stigmata quinque rubra.

Fructus erectus: capsulae quinque ovatae, villosae, nigricantes, arista pollicari terminatas in spiram involuta. Semina solitaria, glabra, nigra, ovata.

Habitat in Carolina j Virginia y Sibiria. Tp. Habuifloridum mense iulio.

Obs. *Mira clastic'uate semen eicitur^ ubi primum capsula a placenta, inverse fornicata, per maturitatem separantur. Itaque qui semina desideret, ubi capsulas nigras observet, sumat, quum adhuc ad basim pyramidis UU adnectuntur.*

Explicatio fig. *d* Corolla, *e* Fructus./Capsulae dehiscentes. *g* Semen, *h* Idem auctum ubi incurvatio lobi minoris ostenditur.

298. GERANIUM ASPHODELOIDES. *Burm.*

G. Pedunculis bifloris, foliis multipartitis, orbiculatis, laciniis acutis, radice tuberosa. *Burm. Ger, 27.*

G. Columbinum montanum saxatile, perampla radice, foliis parvis, altius incis, flore atro-purpureo. *Till. pis. 67.*

Geranium columbinum perenne elatius, Asphodei radice, foliis altius dissec-tis > flore purpurascente ampliore, petalis non bitidis. *Micheli, a quo hoc nomine transmissum ad D. Burmanum.*

Planta perennis. Radix crassa tuberosa.

Caules longi, filiformes, glabri.

Folia petiolata, opposita, orbiculata, profunde incisa et multipartita, laciniis inaequalibus, maioribus, obtusis.

Pedunculi verticales, biflori, ad divaricationem bracteis setaceis donati.

Corolla ampla, cuius petala aequalia > integra, purpurea.

Habitat in Italia. Tp. Nullibi vidi hanc plantam : quae vero praecedunt ex Burmano de sump si.

Obs. *In appendice Pauli Bocconii ad suum Musaeum de plantis siciliis, Vnttiis 1701, cuius transcriptio exstat apud D. de Jussieu, kac leguntur. 17. no. 171? Geranium monranum tuberosum rotundifolium foliis viridibus: quod ego ad G. aspkodeloides Burmani referendum arbitror.*

299. GERANIUM LUCIDUM. *Lin.* (Tab. LXXX. f. 1.)

G. Caule herbaceo; foliis oppositis, pilosis, lucidis > rotundato-lobatis J calycibus pyramidatis transversim rugosis.

G. Pedunculis bifloris; calycibus pyramidatis, angularis, elevato-rugosis *_y foliis quinquelobis concundatis* *Lin. Sp.pl. n°. §6. Burnt. Ger. 19.*

G. Lucidum saxatile. *Batik, pin. 318. Tournef. inst. 167. Vaill. %o. n°. 9. Lamarck, Flore Franç. 6ji. n°. XV* Quer et Ortega, Flon Hisp. torn.,*

G. ^{6^oXr} Lucidum. *Baufu hist. p. 481. figurat.*

G. Rotundifolium saxatile montanum. ~~F&Z~~ *Colunup. i}\$. f. 137.*

G. Foliis subrotundis, semiquinquelobis, lobis obtusis, calycibus transversim rugosis. *Hall. Helv. n°. 942.*

Caules ramosi vix pedales.

Folia opposita; inferiora longe petiolata, superiora brevius et inaequaliter subrotunda, 5-7-lobata, lobis apice latioribus, tricrenatis, crenulis parce mucronatis ^m_y lucida pilis raris ornata. Stipulae ovato-acutae, marcescentes.

Flores in pedunculis alternatim. axillaribus ad folium brevius petiolatum, erectis, bifloris.

Calyx pyramidatus > foliolis quinque aristatis _y transversim sulcatis et velud rugosis.

Corolla calyce paulo longior: petalis integerrimis, dilute purpureis*

Stamina: filamenta decem basi coalita: anthers totidem, parva.

Germen globosum: stylus pyramidalis: stigmata quinque.

Fructus: capsulas ovatae, monospermae, glabrae, arista brevi terminate. Semina rufescentia, ovata.

*Habitat in Europe locis montosis et umbrosis. Q. V. S. Communicatum a D. Thouin**

*H&c species abunde distinguitur a G. Caroliniano calycibus transversim rugosis, capsulis glabris, ac floribus minime corymbosis**

Explic. fig. a Calyx auctus.

300. GERANIUM ROTUNDIFOLIUM. *Lin.* (Tab. XCIII. f. 2.)

G. Caule prostrato; foliis oppositis, inferioribus subrotundis semiquinquo

partitis, superioribus subcuneatis j petalis integerrimis, calycè paulo longioribus.

- G. Pedunculis bifloris; petalis subintegris longitudine calycis, caule prostrato, foliis reniformibus incis. *Lin. Sp. pLn*^o. 6x. *Burm. Ger. n*^o. 10.
 G. Foliomalvae rotundo. *Bauh. pin.* 318. *Tournef. inst.* z68. *Vaill. Bot. Par. pan.* 1. (non vero synonym. a Linnaeo adduce.) *Quer et Ortega j Flora Hisp. torn.* 6. n^o. 3. *Lamarck, Flore Frang.* 6ji. n^o. X.
 G. Viscidum caule decumbente > foliis semiquinquelobis tridentariis., et quinquelobatis. *Hall. Helv.* 941.
 G. Pedunculis bifloris, foliis subrotundis multifidis, caule procumbente. *Cliff.* 344* n^o. 9.

Radix teres , perpendicularis, ramosa.

Caules procumbentes, nonnihil viscosi et villosi, saepe prostrati, ramosi > ad bifurcationes rubescentes, incrassati, pedales.

Folia opposita > petiolata, petiolis breviora: inferiora subrotunda, semipartita in quinque, aliquando in septem lobos 3-jfidos , obtusos : superiora semiquinque partita 3 limbo semicirculum mentiente, basi in cunei formam contracta : omnia villosa , viscosa. Stipulse acutx > rubentes, deciduas, breves.

Flores in pedunculis alternis, axillaribus: pedicellipartiales, fructiferideflexo-erecti.

Calyx ovatus ex quinque foliolis basi coalitis > ovato-acutis , aristatis > villosis. Striae decem.

Corolla campanulato-hians, calyce paulo maior, purpurascens petalorum unguibus cum striis viridibus. Glandulae quinque.

Stamina : filamenta decem, in urceolum coalita: anthera totidem flavescentes.

Germen parvum : stylus pyramidalis viridis : stigmata dilute purpurea.

Reliqua ut in precedenti.

Habitat passim in cultis Europe. Q. V V* floret iunio et iuiio. Colitur in R. H. P.*

Expl. fig. e Flos magnitudine naturali./Petalum. g Germen auctum. E Flos auctus. F Fructus.

301. GERANIUM ROBERTIANUM. *Lin.* {Tab.LXXXVI. f. 1.)

G. Foliis ternatis > pinnatis, incis: calycibus rubris decem striatis, pilosis:

G. Pedunculis bifloris, calycibus pilosis, decemangulatis. *Lin. Sp. pLn*^{*}. 55. *Burm. Ger.* 18. *Bullard, figura perfecta.*

G. Pedunculis bifloris , foliis quinque , trivepartitis , lobis pinnatifidis , calycibus hirsutis. *Hon. Cliff* 34+. n^o. 8.

G. Robertianum viride et rubens. *Bauh. pin.* 319. *Tournef + inst. i>G%. lamark , Flore Franç.* 6ji. n^o. VI^o. *Quer et Ortega ^ torn.* 6. n^o. 1.

G. Robertianum. *Dodoru pempt. Gi. figurat. Lobel* 657. t. 804.

G. Foliis duplicato-pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus striatis , hirsutis. *Hall. Helv.* n^o. 943.

Caulis ceres, rubescens, villosus > pedalis, et amplius.

Folia opposita, petiolata ; ternata, foliolis pinnatis, pinnulis obtusis, aristula minima terminatis. Stipulae breves, acutae, basi latae.

Flores axillares pedunculatae, pedunculis supra bifurcatis, bifloris.

Calyx ventricosus-acutus, pilosus, profunde parviter in quinque laciniis ovato-acutis, aristatis. Striae decem more congenerum.

Corolla hypocrateriformis, rubra vel alba, petalis apice rotundatis integerrimis ; unguibus tubum formantibus, basi urceoli affixis inter cotyledones glandulas virides parvas.

Stamina : filamenta decem basi plana, latiora ac tandem in urceolum coalita : antheris totidem minima.

Germen parvum: stylus longitudine staminum : stigmata rubra conniventia.

Fructus: capsulae quinque in orbem circa pyramidis basim posita, monospermae, ovatae, insculpta, capillis duobus longis terminate, quibus ex aculeo pyramidalis pendent. Semina fusca, ovata.

Habitat in Europa rupibus, et iuxta muros vulgatissimum. {f. V floridum a mense maio usque ad octob. Colitur in R. H. P.*

Obs. *Tota planta odorem hircosum spirat.*

Explicatio figure, a Fructus dehiscens magnitudine naturali. b Capsula aucta. c Radix.

301. GERANIUM PALMATUM. (Tab. LXXXIV. fig. 2.)

G. Caule dichotomo, internodiis aphyllis longissimis: foliis radicalibus palmatis, lobis pinnatis; superioribus hastato-trilobis.

Tota planta glaberrima, inodora.

Ex radice crassa caulis assurgit brevissimus, qui vetustate et foliorum lapsu augetur, digitum crassus, succulentus 5 ex quo cauliculi, aut, si mavis, rami prodeunt bipedales internodiis longissimis aphyllis.

folia radicalia et quae in trunco reperiuntur sunt numerosa, subpeltato-palmata, quinquelobata, lobis pinnatis, pinnulis incisissimis, crenulisque in aristam brevissimam terminatis; petioli foliis longiores, pedales, crassi, rubri declinati : stipulaeque sunt membranaceae, rubescentes, reniformes, pollicis diametri,

Folia superiora opposita, sensim brevius petiolata, subhastato-triloba : lobis pinnatis, acutis, medio longiore > cuius stipulae, utrimque binae, sunt breves, ovatae, concavae.

Flores in dichotomia et summis ramis, pedunculatae; pedunculis erectis, bifloris : involucrum tetraphyllum, foliolis quatuor, brevibus.

Calyx ovatus, profunde parviter in quinque foliola ovata, aristata. Striae decem.

Corolla dilute coerulea, patens, sesquipollicaris, petalis integerrimis.

Stamina : urceolus albus germen cingens, apice parviter in decem filamenta purpurea, corollam breviora, in fasciculum deflexa : antheris totidem lutescentibus.

Germen pentagonum : stylus pyramidalis, saturate coccineus, longus : stigmata quinque, initio conniventia, dehinc separata,

fructus: capsulae quinque glabrae, supra calycem patulum, staminibus decem compressis cancellatis; suntque ovatae, arismetque pollicari terminalis, quae

fractum maturo in spiram versus apicem involvitur. Semina solitaria, oblonga, ovata, nigra, glaberrima.

Habitat. *) • *Habui floridum mensibus iunio > iulio et augusto. Colitur in R. H. P.*

Facillime multiplicatur turn seminibus, turn et promptus ramulo tenero terris infixis.

Explicatio fig. g. Flos integer, h Petalum. i Calycis foliolum separatum, k Germen, stylus, stigmata, o Fructus. s Semen. S Stipula.

367. GERANIUM GHUINUM. *Lin.* (Tab. LXXXVIII. § i.)

G. Caule crasso, herbaceo, erecto, piloso: foliis radicalibus cordatis, ovatis > indivisis: caulinis oppositis subternatis, media longissima: floribus pentandris, saepissime binis.

G. Pedunculis submultifloris, floribus pentandris, foliis ternatis lobatis. *Lin. Sp. pl. n^o. § 9.*

G. Pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis j floribus pentandris, foliis pinnatis, acutis, sinuatis. *Burm. Ger. 32.*

G. Pedunculis multifloris pentandris. *Hon. Cliff. 498.*

G. Pedunculis bifloris pentandris, radice annua. *Roy, Lugd. 352. n^o. 14.*

G. Speciosum annuum, longissimis rostris creticum. *l. Bauh. hist. 3. p. 479.*

G. Latifolium longissima acu. *Bauh. pin. x. Tournef. inst* 169* Querc (Ortega, Flor. Hisp. 12^o. X.*

G. Creticum annuum haematodes. *Lot. Icon. 66 x.*

Radix descendens albicans, fibris aliquot,

Caulis crassus, herbaceus, erectus, pilosus (ut et petioli ac pedunculi), ramosus, ad nodos incrassatus et ruber, vix pedalis.

Folia longe petiolata: duo priora radicalia, cordato-ovata, late crenata; caulina opposita, subternata; horum medium longissimum, acuminatum; duo reliqua breviora, auriculata, omniaque dentato-crenata, incisa Stipulae lanceolatae basi, latiores.

Flores axillares et radicales, pedunculis erectis, crassis, bipartitis, bifloris (quando vero pedunculus multiflorus, quod numquam in meis plantis vivis observavi, sed dumtaxat in siccis, tunc pedunculi terminatur umbella): involucrium triphyllum, acutum, nunc arcens.

Calyx oblongus, profundissime partitus in quinque lacinas ovario-oblongas; arista terminata: hic floridus potentissimus, deinde augetur atque fructu adprimitur. Striae decem protuberantes.

